

433/6365

No 1 lat go uauu u u
in puid 9 buefor buefor buefor



II / 133

CHRISTIANI FUNCCI
PUBLICA
de.

786

COENOBII GY-
MNASIIQVE
GORLICENSIS

ORTU ac PROGRESSU,
VARIIS item INCREMENTIS ac CASIBUS,
*quaque & Augustum hoc Gymnasium ratione conservatum
semper fuerit, & in hunc usque Diem lauda-
biliter conservetur,*

ORATIO,

memorabilem utriusque,

& COENOBII, & GYMNASII,
HISTORIAM,

eâ, quâ fieri potuit, fidelitate exhibens,
ipsaque solemniter

in

SOLEMNI,

noviter Autoritate ac Decreto AMPLISS.

ORDINIS revisæ & recognitæ,

DOCTRINÆ nec non DISCIPLINÆ
SCHOLAST.

PUBLICATIONE,

ANNO MESS. clj lxxvi.

D. XVI. DECEMBR.

Horis pomerid. Locoque scto,

Affidentibus cum PATRIBUS REIPUBL. GORL. CONSCR.
tum & spectabili LITERATORUM Coronâ præsentem
habita.



GORLICI LITERIS ZIPPERIANIS.

Zeit
im abru

Mar-
Vice
abaz

9
tang,
die
Jul:

ga
um als
ruisset
ipso
nte.
rem

se

and
falten
sigillat
Poff
uagm
und

787

PRÆCIPUIS
DECANTATISS. IN HEXAPOL. AGRO URBIS,
URBIS FELICISSIMÆ,
GORLICII,
ORDINIBUS:

PA

O

Y

Viri

DO

M

S

455
788
ORDINI AMPLISSIMO,
Viris np. Nobiliss. Ampliss. Consultiss. Excellentiss.
Prudentissimis,
PATRIBUS REIPUBL. GORL. CONSCR.
Ipsisque & Curia Officialibus:

ORDINI PERQVAM REVERENDO,
Viris np. perquam Reverendis Praecla-
rissimisque,
MINISTRIS ECCLESIAE GORL.
LONGE - MERITISS.

ORDINI LITERATISSIMO,
Viris np. Nobilissimis, Excellentissimis, Consultissimis, Expe-
rientissimis, Spectatissimis, Prostantissimis,
DOCTORIBUS, LICENTIATIS, J. U. CAN-
DIDATIS AC PRACTICIS, MAGISTRIS, CIVIBUS-
QVE ET IPSIS LITERATIS:

ORDINI CLARISSIMO,
Viris np. Clarissimis, Doctissimis,
Humanissimis,
COLLEGIS AUGUSTAE SCHOLAE
DIGNISS.

PATRONIS, FAUTORIBUS, AMICIS,
qui plerique olim è Literario nostro Ludo, ceu Togati
quidam Milites, prodierunt,
SUPREMUM HOC PIETATIS ET HONORIS
PUBL. MONIMENTUM

LMqve ponit
CHRISTIANUS FUNCCIUS,
RECTOR.

DEDICATIO.

Accipitote *VIRI* nostræ signamina dextræ!
 Accipitote omnes hoc *PIETATIS* opus.
 Scilicet *ORDINIBUS* Vestris volui esse dicatum:
 Quicquid Ego dixi more modoque piò,
ORTUM tunc pandens, sed & *INCREMENTA*
TA secuta,
COENOBII nostri *GYMNASII*que simul.
 O fiet in pretio Vobis *THESAVRUS* hic ipse:
 Ipsius & Sobolem reddite participem!
GYMNASIUM ad Nostrum, quibus est jam mascula
 proles,
 Majori hanc numerò mittite, quæso, *BONI!*
 Non rudis, aſt multa Arte gravis Lingvisque, redibit:
 Discendi satis hæc munere si faciet.
PUBLICA ne præstat plus *INFORMATIO*
 Privâ:
 Plus mollit mores: nec sinit esse feros.
 Credite *RUPERTO* per tot Decades Annorum
EXPERTO: bene Vos qui ipse valere jubet.
 Longius interea curæ sit *CURIA* Fovæ!
 Sit curæ *TEMPLUM GYMNASIUM.*
 que *DEO!*

GORLICI Lus. Anno clò Ioc LXXXVII.
 D. III. Apr.



quotq
 Hac
 nuò in
 Superi
 Vestru
 plurimi
 &atissim
 Crues a
 natiſsim
 spice J
 Spiritu
 N
 pe Kal
 tor, L
 Bohem
 licissim
 cos, po
 patas
 pugna
 ra cen
 rat ani
 DÆ e
 ampli
 tas, q
 fcente
 præfer
 ac co
 spicu
 gratia
 ciis su
 nostru
 ropâ p
 F
 LEOB
 Princi
 tionib
 vet!
 Stupon



ΘΕΟΣ! ΘΕΟΣ!



Vod felix, faustum fortunatumq̄ve fit: DEO Optumo Maxumo, Maxumo per potestatem, per bonitatem Optumo, gratum & acceptum: Amplissimo Reipubl. Gorl. Ordini gloriosum ac laudabile: Scholasticæ cum docentium tum discipulorum Coronæ utile: Nobis deniq; omnibus, quotqvot huc confluximus, salutare!

EXORDIUM obliquum.

Hac ipsâ auspiciatissimâ auspiciatissimi Diei horâ, ad absolutiss. denique instauratæ Doctrinæ ac Disciplinæ Scholast. Corpus publicâ Superiorum Auctoritate publicandum, in frequentissimum hunc Vestrum, *VIRI Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Prudentissimi, plurimum Reverendi, Excellentissimi, Experientissimi, Clarissimi, Spectatissimi, Patroni, Fautores, Amici, Collegæ,* quotqvot item adestis, *Cives ac Hospites Venerandi, Gente deniq; & Mente Nobilissimi Ornatissimiq;ve Juvenes,* confessum tandem aliquando, Duce ac Auspice JESU, progresso, progresso, inquam, mihi duo omnino sese Spiritûs S. auxiliô, in hoc Orationis limine dicenda objicerent.

Exordia Proctas per Præoccupationē quandam.

Nam quum ante tres abhinc elapsos Menses, postridie nempe Kalendarum Septembris, *Potentissimus ac Invictissimus Imperator, LEOPOLDUS, Augustissimus Germaniæ nostræ, Hungariæ item, Bohemiæ, Croatiae, Dalmatiæ, Slavoniæ Rex, Archi-Dux Austriae Felicissimus,* quicquid adhuc, post non semel fusos Exercitus Turcicos, post subactas Hungariæ partes amplissimas, post totidem occupatas fortissimas arces, post urbes munitissimas non paucas expugnatas (quæ singula vel olim non nisi FELICIS, h. e. ejus opera censebantur, quem favor divinus benignius afflaret) conceperat animô, victoriosâ tandem invictissimæ tenus hac Urbis BUDÆ expugnatione tam feliciter perduxerit ad exitum: ut vix amplius supersit, quod capere possit jamjam consummata felicitas, quodq;ve nec & Nos ipsi, optima quævis Patriæ fata reminiscences, ambrosiosissimis votis exposcere possimus: nostræ nunc præsentissimæ pietatis foret, tantum DEI beneficium, in edomito ac coercito infensissimo Christiani nominis hoste maximè conspicuum, dignis laudibus celebrare, immortales eidem persolvere gratias, supplicibusq;ve hunc precibus rogare: ut porro beneficiis suis faveat, addatq;ve illis perpetuitatem, juratissimum hostem nostrum penitus edomiturus, totaq;ve deinceps Hungariâ, vel Europâ potiùs totâ, potentissimè eundem ejecturus.

Ætiologia.

Foret & humillimi obsequii nostri, gloriosissimum Victorem, LEOPOLDUM, post totidem & domesticorum & exterorum Principum gratulationes, receptis his apud Romanos Acclamationibus excipere: *Auguste, Pie, Felix, Triumphator, DEUS Te servet! Patriæ tuæ Pater, Exemplum omnis ævi, nostri Admiratio & Stupor, DEUS Te servet! Spes Tuorum, hostium Terror, in quem Regum*

I.

II.

A

gun

gum Principumque oculi ac cogitationes tanquam in scopum collineant, DEUS Te servet! Tot Provinciarum Restitutor, populorum Assessor, Hungariae Vindex, DEUS Te servet!

797

Deberemus utique his, vel aliis etiam, Acclamationibus votivis Sacratissimo Imperatori, posteaquam totidem victorias de potentissimo Christianorum Hoste, Turca, maxima cum laude reportavit, humillimum nostrum obsequium publice probare. Quanto enim certius est, bonos ac fortes Principes divinitus dari, tanto potius est, iisdem omne obsequii genus humillime prestare.

Transitio ad
Proposit. per
Adversati-
vam,

At vero, quum Orationem Panegyricam de hac Exedra hodie habere nec nostrae voluntatis sit, nec & nostrae facultatis, publicum illud munus Academicis Viris relinquam exequendum, in solemniori hac denuo instauratae Doctrinae ac Disciplinae nostrae Scholasticae publicatione Argumentum aliquod utile, pariterque & praesenti negotio conveniens, Oratione explicaturus.

PROPOSITIO
ipsa.

Constitui enim hodierno die de *Cænobii hujus Augustaeque in eo Scholae ortu ac progressu, variis item incrementis hujus & casibus, quaeque ipsa tenus hac ratione conservata fuerit, & in hunc usque diem laudabiliter conservetur*, prius differere: quam **ABSOLUTISSIMUM DOCTRINAE** pariter ac **DISCIPLINAE**, Autoritate & Decreto Amplissimi Ordinis denuo instauratae recognitaque, **CORPUS** in splendidissima hac Eruditorum Panegyri Scholasticae Juventuti solemnissime à me **GYMNASII RECTORE** ac **DIRECTORE** publicetur.

Instituti extenuatio cum
quodam imperfecti Operis excusatione.

Opus me - Christe arduum est, quod suscepi, eoque difficilius: quò remotius ab hominum est memoria: quò & minus Monumentorum mihi est, quibus vel ex Archivis nostris productis, vel acceptis aliunde, possim eam, quae par est, ubique inniti autoritate. Thucydides, Olori filius, quem non modo verborum vi & gravitate, sed etiam accurata rerum descriptione inter omnes excellere Historicos, tradit Aristides, Lipsiusque, elocutione totam gravem ac brevem, sententiis densam, judiciis sanam, orationibus ac excursionibus propè divinum esse, pronunciat, sui Seculi negligentiam fugamque laboris in Prioribus graviter accusat, hosque *ἀταλαιπώρους* fuisse in perscrutanda veritate, ait. Rectius nostri Seculi oscitantia reprehendi ac quaedam Majorum temeritas posset: qui, quasi omnibus aequè foret, atque ipsis, sui seculi explorata & nota Historia, quasi que etiam posteritum praesentes essent, nihil quicquam, neque de his, neque de aliis rebus, literis monumentisque mandarunt. Si quae pauca verò sunt, ea nec ubique explicata satis, nec distincta, sed cum nominibus personarum tam varie confusa non raro extant: ut enucleare illa, aut ad unguem recensere, nihil videatur esse aliud, quam fluctus numerare. Recreat interim me ac reficit, de tantae rei dicendae obscuritate ac perplexitate dicere meditantem: quòd non Lugdunensem ad Aram mihi, sed apud Vos, plurimum venerandi Auditores, quorum auctoritate Annalium nostrorum fides, tanquam testimonio aliquò, indubitata esse jubetur, dicendum.

Benevolentiae
captatio.

Quapropter, ut titubantes puerorum puellarumque linguae, atque anxii incerti que gressus, parentibus placent, sic spero, vel confido potius, fore: ut conatum hunc meum, non omnis erroris

ris e
prisc
adeo
tion
qvo
dum
audi
mora

Vo
quar
abju
ac be
mod
ιδου
oppo
rum
προσει
Daba
dia,
tudis
illâ
ac cl
fimo
unò
quid
quid

h. e.
gi a
pern
non
svad
mer
cede
fed
ribu
enu
Ora
que
Nec
effe

be t
Vat
me
mu
tot
Nar
tur

ris expertem, Vos & probetis, & vestrâ sponte mihi, varias tam-
prisci, quàm novi ævi res, res pulcerrimas, hinc inde infertas, non
adeò brevi quidem, sed ob rerum varietatem jucundâ tamen, Ora-
tione comprehendere meditati, non aures modò, sed mentes
quoque attentas adhibeatis. Cujusvis enim hominis animus,
dum verbis ad res varias quasi manu ducitur, dumq; non solum
audit, quæ dicenda, verùm etiam quæ inter dicendum comme-
moranda, intelligit, voluptate quâdam afficitur.

*Priscorum meminisse placet, delectat & ipsa
Mirè varietas, tempore dicta suo.*

Verumenimverò proh DEI ac hominum fidem, quàm subito
quàmque brevi morâ fiebat: ut *Μυριοεχρίτης* ille, ille primus, isque
abjuratus, Apostata, Satanus, posteaquam vel semel inter eundem
ac benedictum mulieris Semen inimicitiae positæ fuerant, mille
modis has exerceret, & masculè sese Evangelio, ex horto Eden,
ἡδονῆς ac veræ voluptatis horto, in universum Orbem derivando,
oppositurus, longè lateque eadem disseminaret. Desubito nimi-
rum & absque omni morâ id *ὁ δυνάμεν* διαβάλλει καὶ τὰς ἐχθρὰς
ποιεῖν, ut sic loqui mihi cum *magno Stagire Alumno* liceat, faciebat.
Dabat in Ecclesia turbas, in Religione ex Orco protrudebat diffi-
dia, inter filios DEI excitabat schismata. Nam, crescente multi-
tudine hominum, succrescebant Hæreses & Schismata: adauctâ
illâ & hæc duo adaugebantur mala: illâ in omnes mundi plagas
ac climata dispersâ, dispergebantur etiam utraq; hæc mala, & diver-
simodè, pariterq; felicissimè, in diversa loca dimanabant: adeò ut,
unò atque alterò seculò vix exactò, tot Idola, quot anni; annos
quid dico? quot menses; menses quid dico? quot dies; dies
quid dico? imò quot propè horæ erant elapsæ, in Orbe forent.

Execranda inde dirisque omnibus devovenda Orbi *πολυθεΐα*,
h. e. *Deorum pluralitas*, nata ac data. Nam quanquam hanc vul-
gi aliorumque imperitorum hominum, qui, rationi lora nimium
permittentes, tantam machinam totque ac tam diversas etiam res
non posse subsistere, nisi certum cuique Numen destinarent, per-
svaderi haut poterant, induxisse putetur opinio: à Diabolo ta-
men, tanquam à primâ omnis Polytheismi causâ, nequaquam re-
cedendum. Is quippe unus est ac solus: qui non fortè Hæreses,
sed tantò numerò abominationes procreavit: ut firmissimis late-
ribus præditum esse oporteret: qui istis, ne dicam eloquendis, sed
enumerandis, non defatigaretur: etiamsi vel ipse Demosthenes,
Oratorum Princeps ipseque & Orator planè perfectus, esset:
quem *PLUTARCHUS* scribit, decem millibus drachmarum à
Neoptolemo histrione didicisse, uno spiritu integras circuitiones
efferre.

Quid autem? Nonne, triginta Deorum millia ævò suo in Or-
be terrarum fuisse, *Ascræus*, *PETRO CRINITO* referente, refert
Vates? Nonne, trecentos Joves, *TERTULLIANO* autore, dinu-
merat *M. Varro*, eosque sine capitibus introducit? Næ disertissi-
mus Romuli Nepotum, *CICERO*, quot hominum lingvæ sint,
tot Deorum nomina esse, affirmat, in *Libris ipse tribus de Deorum
Natura* singulorum, quos quidem Roma colebat, ætatem, habi-
tum, ornatum, genus, agnationem, cognationem, templa, sacrifi-
cia

TRACTA-
TIO, cum
continua qua-
dam NAR-
RAT.

Satanæ *μυ-
ριοεχρία*
in excitandis
Schismatibus
ac Hæresibus.

I.
POLYTHE-
ISMUS.

Polytheismi
omnis pri-
mus Autor.

Polytheismi
magnus pro-
gressus.

cia ac myſteria agnoſcens; ſed, maximos minimosq̄ve homines fuiſſe, hominumq̄ve more vixiſſe, proindeq̄ve gentis ſuæ religiones meras ſuperſtitiones ac aniles fabulas eſſe, aſſerens. Et quidni propè infinitus Numinum numerus excitatus fuiſſet à Cacodæmone? Eò enim miſeros ipſe homines adegerat: ut, præter homines, & mures, & feles, & Solem, & Lunam, & Elementa, & cætera omnia, unde quicq̄vam commodi ad ſe redundaturum ſperabant (ſive animata illa eſſent, ſive inanimata) pro Diis Deabusq̄ve haberent, adeoq̄ve innumerabilium Deorum plena omnia loca redderent.

*Ægyptiorum
vanus ac in-
faus Poly-
theiſmus.*

Superſtitioſiſſimi præ cæteris in Polytheiſmo Ægyptii erant. Erant hiſ *majorum*, erant *minorum gentium Dii*, maximorum illorum imagines, aut miniſtri, & quaſi patellares Dei. Ad primum referebantur ordinem Ofyris & Iſis, & magnus ille Serapis, & Anubis, & Canopus, & Orus, & Typhon. *Minorum gentium Dii*, quos Ægyptii, tanquam expreſſas cœleſtium Deorum figuras & animata ſimulacra, venerabantur, alii *uniſerſis* erant *familiares*, è *terreſtribus* nempe Bos, Canis, Felis; è *volucris* Accipiter & Ibis; ex *aquatilibus* Lepidotus & Oxyrinchus; alii *proprii ac certis locis peculiare*, apud *Saitas* nempe & *Thebanos* Ovis, apud *Lycopolitanos* Lupus; in urbe *Aſinoë* Crocodilus; Ichneumon apud *Hævacleotas*; Aquila apud *Thebanos*; apud *Mendefios* Hircus; apud *Athribitas* Muſtela, apud *Leontopolitanos* Leones, &c. Quis Veſtrûm, A. V. dum talia & alia audit, mecum non exclamaret, abjectiſſimam hanc Polytheiam deteſtaturus? Exclamo ego: *O nefandum Satanae auſum!*

*Polytheiſm
hodiernus.*

Nec deſiit verò eadem Polytheia, Polytheia Ægyptiorum, pariterq̄ve & Græcorum: ſed in hunc uſq; diem in diverſis Orbis Terraq̄ve locis durat. Durat illa hodieq̄ve in Africa, in Aſia, in America. Et in Aſia quidem apud Indos potiſſimum, apud Chinenſes & Japonios Polytheia durat. Maximè autem ipſa in Regnis Decam, Malabar, Narſinga, Zeilan, Sian, inq; Inſulis inſuper Borneo, Sumatra, Java, adhuc floret. Nihil enim præteritis temporibus ab Ægyptiis, horumq̄ve hæredibus Græcis, divino unquam honore cultum novimus: quod à Barbaris, hodiernum etiam, inſtigante Satanâ, non coli videatur. Reperietis, *Auditores*, apud illos in Fotoq̄ve ac Chamis & Ofiridis & Iſidis, in Solem & Lunam transformatorum Numinum, manifeſta veſtigia. Videbitis, Bacchos, Veneres, Hercules, Æſculapios, Serapides, Anubides, familiaq̄ve Ægyptiorum monſtra, etſi ſub aliis atq̄ve aliis nominibus, adornari. Molocho per ignem filios immolari, ſangvine humano execranda peragi ſacrificia, obſcœnam illam hominis partem, quam *φάλλος* Græci vocant, ſingulari in honore ac veneratione haberi, in *Aſiatico, Africano & Americano ABRAHAMI ROGERI Ethnicismo* legetis. Invenietis & Vos in eleganti illo *ALEXANDRI ROSEI de Religionibus Univerſi Mundi Libro*, omnigenas animantes Deorum locò teneri. Legere id ipſum cum maximo ſtupore *Libro I. de Converſione Indorum ac Gentilium Cap. V.* apud erudiſſimum Belgii Theologum, *JOH. HORNBECCIUM*, licebit. Verbo: Ægyptiorum exemplò cuncta Idolis adhuc repleri, in *ITINERARIIS* paſſim deprehendetis. Cognoscetis adhæc, nihil divinorum Myſteriorum in S. Voluminibus conti-

contin
ciem S
Oracu
transf
Moſe
debit
bitis il
iſtis ſi
remor
ne, ta
Æqvè
Prince
opero
in noſ
erudit
manor
lorum
Angli
fueran
Theolo
Satana
MUN
S
cannè
teris,
conci
quam
initiò
veſtib
ferent
ram p
Ægypt
porco
discal
calcar
ſomno
eſſe p
Saman
in qua
Erant
profic
gitan
daico
erant
queur
qvitat
nume
qui ja
Libell
A
ceu P
recen

458
794
contineri : quod non in contemptum DEI animarumque perniciem Simia DEI, Diabolus, de sanctis venerandisque Prophetarum Oraculis assumptum, ad contumacissima furoris scelera hodieque transferat. Videbitis, si *ITINERARIA* adeatis, heic serpentis Mosaici, in deserto ad periturorum salutem erecti, reliquias. Videbitis illic Eliæ, curru igneo in cælum translati, imaginem. Alia Sacris istis similia, dum omnia omnino Veterum Mytheria, Ritus ac Cereemoniæ, Superstitiones item, in novissimarum Gentium Religione, tanquam in clarissimo aliquo speculo, elucescunt, videbitis. Æquè videlicet operosus hodierno die est in filiis suis tenebrarum Princeps Satanæ, ac olim erat operosus : operosus in Ægyptiis, operosus in Chaldæis, operosus in Græcis, operosus in Romanis : in nostris Germanis quoque olim operosissimus. Testantur id eruditissima eruditissimi Juvenis, *ELIÆ SCHEDII* de *DIIS Germanorum*, sive *veteri Germanorum, Gallorum, Britannorum, Vandalarum Religione Syngrammata* : pariter ac ante illum doctissimi Angli, *JOH. SELDENI*, de *DIIS Syrorum Syntagma* testata fuerant, attestante & omnem promiscuè prisca ævi Polytheiam in *Theologiâ Gentili GERHARDO JOH. VOSSIO*, Cacozeliam item Satanæ, prisca ævo frequentatam, in *Delphis Phœnicizantibus EDMUNDO DICKINSONO* luculenter attestante.

Sed, Paganis relictis, quid de DEI jam dicam Populo? Dicamné, an tacebo Satanæ *μυριοεχvιαν*. quam & ipsissimis cum Veteris, tum Novi Fœderis temporibus, alias atque alias *HERÆSES* concitaturus, exercuit? Profectò vox ac lux me citius deficeret, quam enumerandæ Hæreses. Erant, erant in Christiano Populo initiò *Adamiani*, sic dicti : quod exemplò Adami nudi ac sine ullis vestibus degerent, eoque modò cum fœminis conversarentur, asferentes ipsi, id ipsum in vita melius existimandum, quod ad naturam propius accederet. Erant *Sarabaitæ*, Sacerdotes : qui, in Ægypto positi, in foraminibus petrarum habitabant, ipsique, porcorum ac boum pellibus induti, funibus palmarum cincti, discalceati & sanguine cruentati, spinas, ad cingulum ligatas, ad calcanea gestabant. Erant *Nyctiages* : qui universam noctem somno ac quieti dabant, neque ipso tempore noctis evigilandum esse putabant, Genium sic violari ac corrumpi arbitrati. Erant *Samaritæ*, à divina Scriptura usque ad Hæreses progressi, ipsique in quatuor Sectas, in *Essenos, Sebæos, Gorthenos, & Dositheos* secti. Erant ante Christi adventum in carnem, à justitia cognomine proficiscente, *Sadducei*, mortuorum resurrectionem imprimis negitantes. *Pharisæi, Hemerobaptistæ, Nasarai, Osseni* in Populo Judaico erant. Primis verò post Christi ascensum Seculis totidem erant Hæretici, tot Schismatici, quot vix ac ne vix enumerari queunt, *Sancto* interim *EPIPHANIO*, felicissimo universæ Antiquitatis Ecclesiasticæ promo-condo, octoginta suo jam ævò Hæreses numerante, numerante & *PHILASTRIO*, *Brixienfi Episcopo*, qui jam ante D. Augustinum, interque Latinos omnium primus, Libellum enumeratis Hæresibus compleverat, longè plures.

At temporis verò progressu, quanquam sua cuique Religio, ceu *PHILO Judæus* amat loqui, optima videretur, veteribus tamen recentes, antiquis novæ superstitiones indies succedebant : donec

Perpetua Satanæ Cacozelia.

II.
HÆRETICISMUS.

Hæreticæ primi.

PAPISMUS.

B

nec

Paparam ortus, progressus, auctus &c.

MONACHATUS.

Monachi primi,

Monachorum augmenta.

Cœnobiorum ortus & incrementa.

nec tandem *PONTIFICIA TYRANNIS*, suo ab ortu exigua quidem, sed novis ipsa atque novis incrementis aucta, ac progrediendo tumefacta, erumperet, perque universam Germaniam, Imperiorum Regnorumque repagulis fractis, in summa impietate debacchata, etiam nostram hanc Lusatiam divina humanaque cædibus commiscendò inundaret. Legite mihi, *Auditores*, legite, si ad manus, sique sit volupe totam Papatús Historiam legere, domi vestrae *INIQUITATIS MYSTERIUM*, ab Illustrissimo Pleffiaci Marliani Domino, *PHILIPPO MORNÆO*, Christianissimi Regis quondam in Sacro Consistorio Consiliario, Seculi hodie decurrentis initiò scriptum ac editum. Legetis ibidem non absque stomacho Paparam, quos à mille annis Ecclesiæ Romanæ Sectatores ut Vice-Deos, imò ut Opt. Max. in terris Deos, adorarunt, ortum, progressum, auctum, furtivos, obreptitios, efferos, immanes gradatim ausus, impetus, insultus. Verbo: *Mysterii, prætextu Ministerii in tantum tandem portentum inque biceps monstrum desinentis, progressus stomachaturi legetis.*

Et cur, *Auditores*, non stomacharemini? Ecce enim à primo Papatús ortu, atque in ejusdem deinceps progressu, tot tantaque Monachorum examina, tot Mendicantium Ordines, tot denique, præter purpuratorum illorum Patrum Coronam, Jesuitarum, quasi Triariorum, exercitus collectos novimus: quot justà suâ serie enumerare minimè quidem licet, plerosque interim Monachorum Ordines in *Historia Monachatus RODOLPHO HOSPINIANO Tigurensi* numerante, pariterque & eosdem ordinante. Petebant hi homines primùm solitudines atque à consortio humano remotissimos sylvarum recessus, *Eremitæ* inde ac *Anachoretæ* dicti, dicti & à solitaria vita sequenti ævò *Monachi*. Non se quidem Eliæ & Johannis Baptistæ, quorum ille plusquam Propheta, hic plusquam Monachus censeri deberet, sed *Essenorum*, potius & *Antonii* cujusdam *Ægyptii*, qui in Thebaicæ regionis solitudine primus Cœnobium condidisset, inque eo, *Amata* & *Machario*, ordinis sui Monachis, relictis, annos centum & quinque natus, diem obiisset, affeclas esse gloriabantur. Ubi verò tumidi illi ventres, in plures partus ac fœtus quasi disrupti, in tot abirent Ordines, quot sese ulterius in solitaria vita continere non poterant, è solitudine in hominum consortia, ex abditis sylvarum recessibus in agros, è desertis & inhospitis tesquis in loca cultiora, ex horridis antris in colles, è collibus in pagos, è pagis in vicos, è vicis in oppida, in urbes excurrerunt, amplissima ac splendidissima Cœnobia condituri.

Condiderunt ea magnò in Europa numerò, tenuia initiò, mox augusta amplisque ditata opibus, sed à civilibus oneribus prorsus immunia. Et quanquam Officinæ olim jejunii, vigiliarum ac precum essent: quanquam & Seminaria olim essent Ordinis Ecclesiastici, nobilium quoque & ignobilium adolescentulorum Scholæ: posterò tamen ævò in meras ac veras Idololatriæ officinas, in omnis nequitia stabula, in puerorum & puellarum, carceres, inque munita exiliorum loca, in quæ, præter pueros & puellas, viri facinorosi ac seditiosi, vel opinione saltim tales, detruderentur, detruderentur ab imperio aut magistratu remoti, detruderentur aliâ aliqvâ dignitate exuti, degenerarunt. Pleni dege-

degener
plenæ
perfun
CENT
turiã
Nec v
homin
carcer
di mos
namq
minim
Deum
Scyth
loqui
nervæ
Arcad
hostia
fes.
stea ab
Nobil
Et cor
pertat
quibu
igneq
Ita ni
multi
rentu
phet
batis
ritate
am P

quid
derat
propa
dam
Chron
largio
horum
FRA
ardio
sancti
sumit
plant
fas M
Regr
Able
num
pian
lam
riam
noru

degenerationis hujus omnes cordatiorum Virorum sunt libri: plenæ Majorum nostrorum sunt memoriæ: plena, quæ nobis supersunt, canæ Antiquitatis sunt monumenta. Extant apud **CENTURIATORES MAGDEBURG.** exempla. Exempla *Centuriâ sextâ, Centuriâ octavâ, nonâ & undecimâ Centuriâ,* extant. Nec verò mos ille, ille non solum liberos, sed etiam quoscunque homines, hosque non rarò invitos, in Monasteria, tanquam in carceres, pœnæ aut exilii, vel Religionis insuper causâ detrudendi mos ab similibus mihi Ethnicorum consuetudini esse videtur. Eò namque apud hos superstitionum licentia erat progressa: ut non minimam cultûs divini partem in hostiis humanis ponerent, iisque Deum placari putarent. Immolabant advenas pro hostiis Tauri Scythiæ: jugulabant naufragos, quosque divina providentia, ut loqui amat **ATHANASIUS,** eripuerat, iidem. Mactabant Minervæ virginem in Asia Laodicæi: Jovi Lycæo puerum faciebant Arcades. E Principum autem filiis aliquem, quem regio ornata hostiam Saturno facerent, deligebant Phœnices & Carthaginenses. Quumque à Sacris istis abstinere cœpissent, atque victi postea ab Agathocle essent, Deos sibi ideò iratos arbitrati, ducentos Nobilium filios ad aras, ut Deos placarent, mactasse ferunt. Et constat, ab Hispanis, Novum Orbem lustrantibus, Insulam repertam esse: in qua frequenter æneas Deorum statuas viderant: quibus infantes ac puerulos immolandos incolæ includerent, igneque admotò crudeliter, Molocholatrarum exemplò, necarent. Ita nimirum eadem propè superstitio subleqvò avò invaluerat: ut multi filii ac filiæ Monasteriis haut aliter ac æneis statuâ includerentur, non minùs libidinum flammis urendi, quam qui in Tophet olim immolabantur. Auditis talia, *Auditores,* & non improbatis hanc, non dico inhumanitatem, sed plus quam beluinam feritatem? Improbant eandem dudum quamplurimi alii: ipsi etiam Pontifices nonnulli tantam Tyrannidem improbant.

Ethnicarum
superstit. li-
centia.

Sed, missis his & aliis Papisticis in Re Monastica abusibus, quid Ego nunc de **MINORUM ORDINE,** qui nostrum hoc infederat Cœnobium, seorsim dicam? Tam longè profectò lateque propagatus legitur hic Ordo, cujus quidem initium in *MSC.* quodam *Chronico* ad *Annum Christi 1198,* in *MARTINI* verò *POLEMI Chronico* ad *Annum 1206.* refertur: ut ferè nullus alius & majora & largiora senserit incrementa. Etenim, quum Regula Fratrum horum ab Innocentio & Honorio confirmata approbataque esset, **FRANCISCUS,** eorundem fundator sive autor, Assisii patre Bernardione natus, binos & binos Discipulos, qui se, hypocriticâ viri sanctitate permoti, socios eidem adjunxerant, habitumque ejus assumerant, novam & prioribus seculis incognitam Religionem plantaturos, hujusque semina in omnes terras sparsuros, in diversas Mundi regiones ablegavit. Ablegavit sex in Morochiorum Regnum, qui Muhamèdanis Religionem suam instillarent, Fratres. Ablegavit in Provinciam Provinciæ Joh. Bonellum, Florentinum: ablegavit in Aqvitaniam Fratrem Christophorum quempiam: in Angliam Fratrem Agnellum, Pisanum, qui Oxonii Scholam sui Ordinis instituit, ablegavit. Ipse verò Franciscus in Syriam cum XII. Fratribus trajecit, inque suo deinceps in Christianorum terram reditu ubique prædicavit, annò ætatis quadragesimo

FRANCI-
SCANO-
RUM seu
MINORI-
TARUM
ortus & pro-
gressus.

S. Franciscus
ejusque primi
Discipuli.

Franciscano-
rum in Ger-
maniam in-
troitus.

mô quintô, instituti Ordinis vigesimô, post diuturnam infirmitatem ac gravissimos dolores, diem suum obiens. Obitum post hunc & ad plures abitum Francisci Franciscani Germaniam nostram circa millesimum ducentimum, trigessimum nonum Christianæ Æræ Annum intrarunt: ubi & ipsi multos mox instituerunt Conventus, missis post hos aliis ad Tartaros, ad Bulgaros convertendos quibusdam ejusdem Ordinis missis.

Franciscano-
rum receptio
hujusque re-
cept. causæ.

Ne cuiquam verò in hoc Eruditorum confessu mirum videatur, quò factum, ut Ordo hic ubivis locorum reciperetur, ac MINORUM Conventus statim instituerentur: sciendum, Franciscanos Francisco suo miracula, visiones item, ecstasés, raptus in cœlum, & nescio quæ alia hujus generis, affinxisse, tum etiam mendacia portentosa de eodem sparsisse, & tantum non Deum fecisse: ut institutum hoc suum, quasi DEI ipsius esset, ab omnibus reciperetur citius, approbaretur facilius, spargeretur felicius. Est

L. C.

videlicet omnis superstitionis hæc vis: ut ipsa, ceu pessimum virus, sensim per arterias in præcordia illapsum, mox non minore impetu, quam damnò, per totum corpus se diffundit, longè latè-que grassetur. Grassatur utique eò longiùs, grassatur eò latius superstitio, vel dominatur potiùs eò imperiosius: quò plus aliunde accedit autoritatis: quò plus hypocriticæ etiam & fucatæ accedit sanctitatis. Quid ergo? Nonne iis omnibus, quæ de MINORITARUM, five MINORUM, incrementis breviter tenus hac, sed non leviter, dixi, Romanorum Pontificum accedebat autoritas? Autoritas horum utiq; accedebat: à quâ ne latum quidem ungvem quòd recedere liceret, hominibus persuasum præcis illis erat Seculis. Nonne & simulata, præter multas in vulgus sparsas Ordinis hujus visiones, sanctitas accedebat? Accedebat, sanctitas: quâ se MINORITÆ apud imperitam ac rudem plebem non modò insinuabant; sed ipsos quoque Reges ac Principes, quò præposterò Religionis Zelò illos receperant, sermonibus suis sibi deliniebant, inque partes suas trahebant. Eat proinde, quisquis de causis, quibus factum, ut miris modis ORDO MINORITARUM cresceret, horumque numerus intra paucorum annorum, intervallum in immensum excreveret, adhuc temerè ambigit, ad misellos Scepticos: qui in Democriti puteo veritatem semper quærunt, nunquam inveniunt! Eant ad hos: qui diei lucem accendere, aut meridiei facem præferre gestiunt. Ita enim in propatulo Ordinis toties dicti incrementa, horumque præcipuæ causæ sunt: ut frustra sit, Papisticorum testium nubem in medium advocare: præprimis ubi superiorum Seculorum Historia loquatur; loquantur amplissima, eaque maximis sumptibus passim per Europam, exstructa, Cœnobia; loquatur nominatim nostrum hoc GÖRLITENSE, sumptibus haut parvis, sumptibus non propriis, sed undique conquisitis ac emendicatis, bene exstructum, successuque temporis amplius atque amplius redditum, COENOBIVM.

Gorlicense
Minoritarum
s. Franciscan.
Cœnobium.

Loquitur id profectò, mihi que fidem facit, non alios, nisi illos ipsos, quorum originem & familiam, quorum incrementa cum causis suis, rem paulò altiùs orsus, tenus hac edisserui, locum hunc, è privato publicum, è profano sacrum à se factum ac splendide conditum, primos incoluisse. Incoluerunt FRATRES utique MINORES: MINORITÆ, nomine suò propriò à conditore

ditore
Eccle
tum
tariu
non
lia o
tur,
rent:
riis l
gener
fui ob
tesim
deq;
am ha
Ducis
ci fac
Qvun
tra m
specta
sibi u
re: i
cò fer
menti
nobiu
huma
giliis
crare.
sefe, h
tra ip
comm
tum f
pro an
daban
fione
um, f
hæ C
Colle
Domi
non c
ptibu
prim
custo
Provi
re, q
tos an
gia au
ibiden
mifel
vulgu

ditore Francisco FRANCISCANI dicti, incoluerunt Cœnobium, Ecclesiarum deinceps, posteaquam Monachis vel semel evacuatum fuerat, Seminarium factum, factum Rerumpublicarum Plantarium, atque adeo optimum ac pulcherrimum Civitatis hujus & non unius Provinciae Armamentarium factum: in quo tot liberalia optimis Lingvis Artibusque humanis imbuerentur, alerentur, auferentur ingenia, quot liberi homines undique adventarent: è quo & res omnium maximæ ac divinissimæ, res non variis locis ac regionibus tantum, verum etiam perpetuis humani generis ætatibus ac temporibus profuturae propagarentur.

Nimirum istiusmodi generis homines quum post Francisci sui obitum, qui in primi à nato Christo Millenarii annum ducentimum vicesimum septimum inciderat, indies auferentur, indeque nec omnibus ubique sufficiens mansio esset, è confinio ad regiam hanc urbem, ante elapsam tunc seculum auspiciis *SOBIESLAI Ducis* conditam, commigrarunt, ipsique, fertilitate ac ubertate loci facile cognitâ, sibi & posteris suis ibidem sedem delegerunt. Quum verò area ipsis præ cæteris placeret, quæ, eo tempore extra muros oppidi nostri sita, ad Nobiles, *WYRSYNGE* dictos, spectabat: hos adire quotidie discalceati Fratres, precari, instare: sibi ut vellent aream istam possidendam ob eum ipsum concedere: in cuius honorem & gloriam mendicitatem perpeffi, nullo loco ferè certi, pauperes & egeni divagarentur: velle se ex fundamentis, fundatore *Marchione Brandeburgensi & Lusatiensi*, Cœnobium & excitare, & id tanquam perpetuum Gymnasium non humano usui, sed divino cultui, sed piis precibus ac votis, sed vigiliis pro Ecclesia Catholica, in honorem *JESU CHRISTI* consecrare. Quid optumi facerent Viri? Non concederent? Facere, sese, haut ignorabant, tam contra charitatem proximi, quam contra ipsam Religionem: quæ studium Bonorum Operum tantoperè commendaret. Quapropter, victi tandem cum precum dignitate, tum sua ipsius sanctitate ac bene merendi studio, allodium suum, pro area Fratibus Annò supra duodecimu Seculo trigesimo quarto dabant, utque donatio rata, non ad tempus, sed perpetuo foret, cessione Sigillò natalitiò munitâ id confirmabant.

Atque sic fanè circiter idem tempus amplum hoc Cœnobium, firmissimi hi parietes, hoc Conventuale, hoc Refectorium, hæ Cellulæ, quæ pleræque in Conclavia, in Musæa, in Cubicula Collegarum transferunt, contiguum hoc Templum, cætera illa Domicilia, *OTTOVIS PII* ac *BENEFICI, Lusat. Marchionis*, nec non optumi fratris, *JOHANNIS I. Electoris Brandenburgici*, sumptibus à *MINORITIS* condita, inhabitata, multisque modis aucta, primò quidem inter XI. Fratrum loca, quæ octavæ vocabantur, custodiæ, custodiæ videlicet Aurimontis, ad Saxon. pertinentis Provinciam, facto Conventu.

Ohe verò! quæ & quot superstitionum genera ab eò tempore, quo conditum nostrum hoc fuerat Cœnobium, ultra trecentos annos in eodem sunt exercita? quot blasphemia Francisci Elogia audita? quot viva hypocriticæ ac fucatæ sanctitatis simulacra ibidem exhibita? quot mendaciorum plaustra inde à mortalibus misellis in alias terras aucta? Nunc enim vanissimas Fratres in vulgus spargebant visiones: nunc, Franciscum suum in ecstasi

Cœnobii
Gorl. extrin-
endi ratio,
primaque ejus
rei occasio.

Prima Cœno-
bii Gorl. ex-
tructio, adeo-
que ejusdem
ortus,

Franciscano-
rum in Gorl.
Cœnobio
Dogmata.

cum Christo commissum, totidem plagis ac stigmatibus cum eo compositum, iisdemque, quibus in cruce pendens compunctus, compunctum ab ipso fuisse, fingeant, JESUM TYPICUM eâ de causâ, h. e. *JESU crucifixi Quasi-Antitypum*, illum appellitantes. Fidem abominandum mihi *Libri Conformitatum Franciscanorum*, ab Ecclesia Rom. dudum recepti approbatiqve, fronti præfixum facit Carmen:

*Francisce, JESU TYPICE, dux normaqve Minorum,
Sedes nobis perpetuè da Regni cælorum!*

Auditis hoc ipsum, *Boni Viri*: auditis, *Boni Juvenes*, auribus vestris, & nondum perhorrescitis? Perhorrescite toto corpore: toto animo perhorrescite? Perhorrescite *Viri*, perhorrescite *Juvenes*, interqve horrores vestros Franciscanorum detestamini, vel execramini potius, Dogmata: quæ in Cœnobio hoc per tria secula sunt tradita ac credita: donec & hanc Civitatem, discussis errorum, quibus involuta erat, tenebris, DEUS Bonitate Optimus ad Evangelii lucem paulatim perduceret, eandemqve, ab impiâ superstitione penitus tandem repurgatam, cœlesti doctrinâ imbueret, commodam quidem hoc pacto adventantis jamjam ac instantis salutaris istius mutationis, quam mox audietis, occasionem præbens.

Cœnobii
Gorl. subita
mutatio.

Enimverò, quum octavum illud Mundi Miraculum, *D. LUTHERUS*, divinâ ope adjutus, diu desideratum ac speratum salutaris Reformationis opus Anno superioris Seculi vicesimo sequentibusqve felicissime inchoasset, ab eo tempore non Pontificia tantum Tyrannis, gravissimis refrenatis passim superstitionibus, traditionibus repulsis humanis quibusvis, Clericorum avaritiâ, luxuriâ & neqvitiâ repressâ, sublatâqve omni Ecclesiasticarum rerum nundinatione, labi & magis magisque ruere visa fuit; verum etiam sensim ad mutationem sui nostrum se inclinavit Cœnobium, Cœnobitis aliis luci Evangelicæ clam se subducentibus, & aliò aufugientibus, cucullum aliis seculari habitu, cœlibatum, conjugio, vitam monasticam societate civili, imò vel ipsam Romano-Catholicam Religionem Religione Evangelicâ mutantibus. Quum Anno nimirum superioris Seculi supra vicesimum secundo lux Evangelii in nostra hac urbe vix paululum accensa esset: tanta statim inter Franciscanos Fratres defectio contigit: ut alter post alterum, suo derelicto Ordine, abhinc discederet. Et quamquam mutuas in servanda sua fide operas, *D. PETRO FANTINO*, Ordinis sui per *Misniam*, quò nostrum tunc pertinebat Cœnobium, *Provinciali* præsentem, Fratres elevatis manibus promississent: promissis tamen suis nullus horum stetit. Nam ab eo tempore, quò paulò post Fantinus suæ à Romana Ecclesia secessionis initium fecerat, *Wratislaviam* ipse concedens, ibidemqve uxorem ducens, superstites adhuc ejusdem Ordinis Prædicantes post inopinam hanc Magistri sui decessionem decedebant omnes: ceteri quidem, quum miserrimam, subsidiis vitæ omnibus subtractis, vitam vivere cogèrentur, iidemqve Cœnobio vix egressi pipulo ante omnes ædes à pueris differrentur, cucullos tandem suos seculari habitu, Religione Religionem suam Papisticam Evangelicâ, vitâ vitam monasticam politicâ, conjugio cœlibatum, mutabant: plerique

plerique
rant,
asport
usque
muta
impetr
Pelign
erat M
fuerat,
tina u
Curia
prope
Temp
compo
E
nebris
melius
mel ac
tantum
statum
nobial
lem!
freque
fundeb
CISCU
vienst
Ecclef
GEOR
mamq
choru
concur
incesse
Annun
à Rom
sexages
Franci
nobiur
ptis A
præsen
bus ite
Sylvâ
Christi
cundo
BURG
tâ, cur
eò per
dinis f
ret, ne
vellet:
cession
Eni
Scholis

pleriqve verò, præter non pauca, quæ usui sacro destinata fuerant, argentea vasa, pretiosiorum Templi sui ornatum secum asportantes, cum uxoribus clam aufugiebant: pauci ad finem usque vitæ remanebant. O subitanam rerum mutationem! O mutationem, quæ anxie dudum expectata, *ἀπὸ μηχανῆς* tandem impetrata! Magis me-Christe subita hæc omni, totidem verbis à *Peligno Olore* in *Metamorphoseon Libris* decantatâ, Metamorphosi erat Metamorphosis. Vix enim, quæ in Albo Monte accensa fuerat, lux Evangelii in nostra hac Urbe eluxerat: quum repentina ut Urbis, ita & Cœnobii contingeret mutatio. Illustrabatur Curia: illustrabatur Petrino-Paulinum Templum: illustrabatur prope hoc Templum Schola: illustrabatur Minoritarum cum Templo suo Cœnobium, & paululum ad transmutationem se componebat.

Est ea repente subortæ natura ac vis lucis: ut, discussis tenebris, omnia illico illustret, rerumque sublunarium faciem in melius commutat. Gemellum in modum superiori Seculo vel semel accensa lux Evangelii, rejectis Papalibus tenebris, non alibi tantum, sed & heic locorum omnia illustrabat, inque meliorem statum & Curiam, & oppidana Tempora, & Templum item Cœnobiale, ipsumque adeo Cœnobium mutabat. DEUM immortalem! qui tum hominum concursus, quæ multitudo erat: quanta frequentia ad audiendum sese in Templum Petrino-Paulinum effundebat: quum *superioris Seculi Anno vicesimo quinto M. FRANCISCUS AENOBARBUS*, Gorlicius, coriario patre natus, Sprotta-viensium antè Diaconus, Gorlicensibus in repurganda ipsorum Ecclesia & impiis deinceps ac superstitionis ritibus abrogandis, *GEORGIO RÖSLERO* Consule, suam primus operam navaret, primamque & ipse Concionem Evangelicam haberet? Quæ Monachorum in Cœnobio nostro tunc trepidatio? qui pavor? quæ concursatio? Tantus, tantus pavor, tanta trepidatio jam antè eos inceserat: ut ab ipso vicesimo secundo Seculi ejusdem Anno ad Annum usque quadragesimum tertium non paucorum Fratrum à Romano-Catholica Ecclesia secessio fieret: donec *Mense Anni sexagesimi tertii Julio*, (pridiè, inquam, Nonarum Julii) ultimus Franciscanorum Frater, *URBANUS WEISBACHIUS*, qui Cœnobium hoc solus per aliquot annos tenuerat, quinque Conscriptis Amplissimi Ordinis Patribus, nomine publico presentibus, presente & Curatore ejus, *JOHANNE HUNGARO*, presentibus item duobus Clericis Budissinensibus, Cœnobium totum cum *Sylvâ Lichtenbergensi*, vicesimo Febr. Anno primi post natum Christum Millenarii supra quadragesimum septuagesimo secundo à Nobilissimis Fratribus, *JOHANNE & HENRICO* ab *HOBURG*, Cœnobitis Eleemosynarum loco in sui memoriam donatâ, cumque omnibus juribus, cum omni denique ornatu, aliisque eo pertinentibus, grati animi studio pro se, tanquam unicus Ordinis sui superstes Frater, oppidano Magistratui cederet ac traderet, neque aliam tamen id ipsum nisi Musarum Sedem posthac fore vellet: præprimis ubi Cæsareæ ac Regiæ Majestatis Confirmatio cessione huic ac traditioni accessisset.

Enimverò quemadmodum Natura, juxta tritam in Physicorum Scholis dictum, non per saltus, sed per gradus incedit, donec tandem

Mutatio Cœnobii Gorl. in melius.

Franciscanorum in Cœnobio Gorl. ultimus.

Cœnobii Gorl. Amplif. Senatui facta donatio.

L. C.

dem definito tempore ad ἀκμὴν res suas perducatur: ita etiam ex ordinatione divina cum Gratia DEI comparatum est. Habere hanc quoque ipsam suos progressus & successiva incrementa quilibet rerum Theologicarum non ignarus ἀκονίσι καὶ δόσινσι mihi dabit. Est, est Gratia præveniens ac excitans: est Gratia subsequens ac præparans: est Gratia perficiens ac operans. Nostrium id superiori Seculo in Reformatione tam luculentò specimine expertum est Gorlicium: ut facile credere heic experto, quod vulgò dicitur, credere liceat Ruperto. Quis enim Gorlicensium in Annalibus nostris adeò peregrinus ac hospes est: ut, subortâ Evangelii Itice, novæ atque novæ Gratia non initia tantum, sed & incrementa legendò observaverit: dum ad suam illa ἀκμὴν perveniret? Pervenit autem divina Gratia ad vigorem suum: ubi, remotis omnibus obstaculis, penitus ab Idolomania Papistica repurgaretur Curia, repurgaretur Ecclesia, repurgaretur Schola, ipsum repurgaretur Cœnobium, renunciantes erroribus in Religione suis ultimò Fratrum *URBANO*, tandemque id tanquam Hæredium quoddam cum omnibus eò pertinentibus Senatui publicè tradente. O gratiam ultra ullius gratiæ mensuram! O gratiam: quam non modiis, non trimodiis, sed integris horreis Urbis huic tunc clementissimus admetiebatur DEUS!

Imperatoria
Donationis
hujus ac tra-
ditionis con-
firmatio.

Eveniebat quippe alterò, qui Cœnobii subsequeretur donationem, Annò: *Annò supra millesimum quingentesimum sexagesimo quartò*, eveniebat: ut *die Julii decimo septimo*, Provincialis Lusatiæ Præfectus, *JOACHIMUS Comes à Schick* cum duobus Cæsareo-Regiis Commissariis, *GOTHOFREDO de Promnis* Soraviae, & *GVILIELMO de Schönald* Bethaniae Toparchâ, Barone utroque Generosissimo, auspiciò adventaret, Imperatorisque ac Regis Augustissimi consensu publicè Senatui prælectò eandem donationem ac traditionem in ipsis *D. Jacobi Vigiliis* muniret. Eveniebat adhuc *quarto* ejusdem Seculi ac *sexagesimo Anno*: ut Conscripti tum temporis inclutæ hujus Reipubl. Patres, liberalissimæ Traditioni gratiosissimæque ejusdem Confirmationi facturis, spatiosissimum Franciscanorum Cœnobium in splendidissimum Musarum Domicilium, præparatis prius ac bene dispositis Auditoriis, nec non Magistrorum insuper habitaculis constitutis, converterent.

Decani Budiss.
disc. in do-
nationem
eandem con-
sensus.

Cœnobii
Gorl. in Au-
gust. Gymn.
conversio.

Quamquam verò suum hoc Cœnobium Frater Urbanus, unus è XL. Fratibus Minoritis adhuc superstes, in *Schola particularis*, quam vocant, usum concessisset, inque donationem illam non tantum sub hoc nomine consensisset, sed & eodem sub nomine eandem *Decanus Budissinensis*, *JOHANNES LEISENTRICIUS*, literis, *Budissæ die XII. Julii sexagesimo tertio* superioris Seculi Annò scriptis, ratam habuisset: quamquam item postea *sexagesimo septimo Anno* Amplissimus Senatus in supplicibus, quibus gratiosum pro augenda nova Schola subsidium humillimè peteret, ad Imperatorem datis literis, *Triviale* per quendam extenuationem vocaret *Scholam*, ipseque & D. Imperator, tanquam Lusatiæ Marchio, in Diplomate suo idem rescriberet nomen: reapse tamen in *AUGUSTAM SCHOLAM*, *AUGUSTUM* in *GYMNASIUM*, veteri huc translata Scholâ, novenni ex Alma Leucorea piæ doctrinæ Artiumque Liberalium Professore, *PETRO VIN-*
CEN-

CENT
evocato
Superio
Cœnob
gratiam
Bohem
licitudin
CENS
STA S
SIUM,
VINCE
LUDOV
fidelio,
tore dex
stitutis.
mnasii
pa mem
vestris,
Sci
ROESLE
lâ solem
tu præse
literatis
um add
cendi en
blico A
NUS, R
finitam,
legis c
bat, eic
commit
locum
nem R
Studiof
Cathed
rii in pr
admodu
German
Scholæ
bat, Pra
que, qu
explicat
simus p
finiebat
tulation
celebrat
foret:
T
tionis S
pto dili
tatis ac
nis Em

802

CENTIO, Wratilav. Viro Clarissimo, qui primus Rector foret, evocato, eidemque duobus Synergis, Viris eruditissimis, qui in Superiori Classe Lingvas ac Disciplinas profiterentur, adjunctis, Cœnobium feliciter tandem transiit. Factum omnino per DEI gratiam est: ut eodem Annò Inviçtissimi Imperatoris ac Regis Bohemici, D. *MAXIMILIANI II.* auspiciis, studiò, curâ ac sollicitudine, imò & sumptibus *INCLUTI SENATUS GORLICENSIS*, in Cœnobio Franciscanorum nova adaperita sit *AUGUSTA SCHOLA*: ut novum adaperitum sit *AUGUSTUM GYMNASIUM*, primo quidem, quem nominavi ac laudavi, Rectore *P. VINCENTIO*, Gymnasiique Professoribus, *M. LAURENTIO LUDOVICO, Leobergensis, M. SEBASTIANO ROESLERO, Wonsidelio*, Scholæ Gorlic. præcedentibus aliquot annis Ludimoderatore dexterrimo, cæterisque cæterarum Classium Synergis constitutis. Introducebatur autem cum Synergis suis novus Gymnasi Rector *XXII. Junii*, non absq; insigni solemnitate ac pompa memorabili: quam utramq; ex Annalibus nostris repetitam, vestris, *Auditores*, auribus haurire fortè erit melli.

Scilicet eò tempore sic dictus Ludimoderator, *M. SEBAST. ROESLERUS*, cum Collegis, cumq; Cœtu Scholastico è veteri Scholâ solempni more modoq; Nobilissimo cumpr. & Amplissimo Senatu præsentibus Templi Symmyltis, Doctoribus item, literatisq;e pariter ac illiteratis Civibus præsentibus, in Cœnobium adducebatur. Adductis his omnibus, qui solempniter adducendi erant, inq;ve Refectorio, sive majori Peristylio, collectis, publico Amplissimi Ordinis nomine *M. GEORGIUS UTTOMANNUS, Reipubl. Syndicus*, post Vocalem ac Instrumentalem Musicam finitam, Cathedram paratam conscendebat, Latinâq; Oratione Collegis cunctis ac Pubi Scholasticæ novum Rectorem commendabat, eidem & ipse gratulans, & gubernationem totius Scholæ committens. Posthæc *P. VINCENTIUS*, in Cathedræ superioris locum collocatus, ex illo Orationem alteram recitabat, Confessionem Religionis edebat, omnemq;e fidem suam, suum studium, Studiosæ Juventuti promittebat. Excipiebat *VINCENTII* è Cathedra superiori descensum *M. SAMUELIS JAUCHII*, Primarii in primariâ Æde Ministri, ascensus. Ascendebat nimirum Vir admodum Reverendus in eandem Cathedram, ac tertiam, sed Germanicè à se conscriptam, legebat Orationem: quâ præsentem Scholæ statum & Patribus & Civibus Urbis optimè commendabat, Præceptores ac Discipulos officii sui commonefaciebat, pleraq;e, quæ ab Antecessoribus dicta, repetebat, repetita explicabat, explicata inculcabat. Quid tandem? Totus hic Actus solempnissimus precibus ac hymnis inter fides, tibias, tubas ac tympana finiebatur: finiebatur gaudiis ac jubilis: finiebatur votis ac gratulationibus. O summam DEI bonitatem! O gratiam hodieq;e celebrandam, prædicandam, annunciandam! Quæ Cœli gratia foret: si hæc non fuit?

Tunc enim, tunc, *Humanissimi Auditores*, è Papalis superstitionis Schola veræ Religionis Templum, ex desidiæ ac ignaviæ septo diligentia & industiæ Domicilium, ex obscuro barbaræ ruditatis ac ignorantia antro clarissimum variæ scientiæ & eruditionis Emporium, è clandestinæ libidinis conciliabulo castitatis Asylum,

Solemnis Augusti Gymnasii Gorlic. inauguratio.

Splendidus Augusti Gymnasii Gorlic. ortus.

lum, è malitiæ latibulo innocentiae ac integritatis Domus, è rigi-
dioris disciplinæ ac vitæ durioris ergastulo liberum liberalium,
ingeniorum Asceterium, è Monachorum per trecentos propè an-
nos continuâ sede Sedes Musarum Charitumqve perpetua, litera-
ria Orchestra, bonæ mentis Palæstra, quodqve præcipuum est,
ipsius Spiritûs Sancti Officina evasit. Evasit, ut verbo dicam,
quod res est, *GYMNASIUM*. *GYMNASIUM*, inquam, evasit
AUGUSTUM, seu *AUGUSTA*, si hóc nomine eam vocare quis
malit, *SCHOLA*.

Gymnasia
Gorl. appel-
latio vindica-
tur.

Sanè igitur haut quicquam causæ est aliis: cur hac de appel-
latione ambigant, aut Scholæ nostræ & *GYMNASII* Nomen &
Titulum *AUGUSTI* invideant, utrumqve indictum & intactum,
si scribant, prætereuntes. Annon enim *GYMNASIUM* esset:
quod primum Rectorem *PROFESSOREM* habuit: quod & pri-
mos ejus Synergos *PROFESSORES* habuit: quod à suis in-
cunabulis in hunc usqve diem, juxta Exercitia Oratoria ac Dis-
putatoria quamplurima, *LECTIONES*, Gymnasio admodum,
dignas, habuit: quod dudum apud Exteros Gymnasia laudes ha-
buit: quod & gente & mente nobiles quamplurimos Juvenes
semper, imò nec semel Barones, Cives scriptos habuit? Nonne &
AUGUSTUM esset *GYMNASIUM*: quod *AUGUSTI* auspiciis
constitutum: quod Mense biennii, à sui constitutione elapsi, Au-
gustò largiter ab *AUGUSTO* dotatum ac ditatum? Dotatum vi-
delicet id ac ditatum est ab *Invidiissimo Imperatore nec non Germa-
niæ, Hungariæ ac Bohemiæ Rege Potentissimo, MAXIMILIANO II.*
Utriusqve Lusatiæ Marchione, annuò ducentorum Imperialium sti-
pendiò. Nam, quum alterò post novæ Scholæ apertionem novus
Rector, *P. VINCENTIUS*, ab Amplissimo Urbis Ordine cum li-
bello supplice *Mense Martio*, Rei Scholasticæ provehendæ gratiâ,
ad laudatissimum Imperatorem missus, Cæsaream ac Regiam Gra-
tiam imploratum, atqve insigne aliqvod & memorabile stipendi-
um, Juventutis cum Urbicæ tum Provincialis commodò, commo-
dòqve & ipsius Scholæ, humillimè expetitur Pragam ivisset: *D.*
Imperator Diplomate, Viennæ XXIV. Augusti Anno cIs Is LXVII.
scriptò, largissimum illud stipendium è *Reditibus Cerevisiariis* quot-
annis erogari ac dari clementissimè jussit.

Munifica
Gymnasia
Gorl. dota-
tio.

Verba, si Vobis, *Auditores*, senio non sit eadem audire, cedrò
ipsa, cui inscribantur, aut ære, in quod incidantur, dignissima, sed
vernaculo nostro Idiomate piè scripta, sunt hæc: *Wir Maximilian
der Andere / von Gottes Gnaden / Erwehltet Römischer Kaysers / ic. zu Un-
garn und Böhmen König / Erz. Herzog zu Oesterreich / ic. Marggraff zu
Lausitz / ic. Bekennen für Uns / Unsere Erben und nachkommende Könige zu
Böhmen und Marggraffen in Ober. Lausitz hier mit diesem Brieffe vor jeder-
männiglich; daß wir den Ehrsamem / unseren Getreuen lieben N. N. Bürger-
Meistern und Rath. Mannen unserer Stadt Görlitz / auf Ihr unterthänigstes
Ansuchen / Flehen und Bitten / um gemeiner Jugend aufm Land und in
Städten / und damit die Particular - Schul daselbst nicht alleine statlicher
erhalten / sondern auch umb so viel desto mehr befördert / erhalten und erweitert /
und die Jugend / fürnehmlich die Armen und Unvermögligen in der Nâhend /
mit geringern Unkosten unterhalten / und zu Gottes Erkentniß / auch guten
löblichen Künsten auferzogen / und geschickte gelährte Leute erzehlet werden
möchten / zweyhundert Thaler / den Thaler zu siebentzig Kreuzern gerech-
net /*

Maximiliani
Imperatoris
Rescriptum.

vel / jâh
unfern
benante
gends an
bewillig
fes / 20.
centian

Ta
utriusq
à Cæsar
Beatiſſi
ORGIO
qve ad
procul
tor Sa
stitui at
bus iis
studio,
am & v
cupleti
virtute
MILL
alumno
dirent,
mium
id om
calcul
& Cæſ
cleme
studii
am ali
utrius
tem, q
mas et
tuò. I
Them
ſtes, c
Nobili
mum
XIMA
contio
C
Vest
CONS
da ac
funda
tata a
dinen
qvum
in Eq
tâc r
rii iſt

423
804
vel / jähelich als eine Hülffe von dem Biergelde / so daselbst gefället / oder aus
unsern Ober-Lausitzischen Gefällen / bis auf unsern Wohlgefallen / doch / daß
benante Schule davon jederzeit ordentlich gehalten / und solch Geld sonst nir-
gends anders wohin gewendet werde / aus Gnaden erfolgen zulassen gnädigst
bewilliget haben. Thun auch solches hiermit wissentlich und in Kraft dieses Brief-
ses / etc. O Munificentiam insignem! O verè regiam Magnifi-
centiam!

Tanti hæc momenti erat: ut ipsam, post solemnem Lusatiae
utriusque, Traditionem, in Curia Gorlicensi d. 24. April. Anno 1636
à Cæsareis Commissariis sibi factam, *Serenissimus ac Potentissimus,
Beatissimæ hodie Memoriae Elector ac Princeps, JOHANNES GE-
ORGIUS I. Dux Saxonie &c.* non immeritò ratam habuerit, at-
que ad seram posteritatem derivari eandem voluerit. Viderat,
procul dubio uterque, & Divus ille Imperator, & Divus hic Ele-
ctor-Saxo, ac intellexerat, Ecclesias & Politias ut plurimum con-
stitui atq; gubernari felicissimo eorum progressu: qui, ignobiliori-
bus iisque pauperioribus parentibus oriundi, suo sibi labore ac
studio, Mæcenatum tamen præfidiis eorundemque subsidiis, glori-
am & virtutem peperissent. Nemo enim, *CHRYSOSTOMO* lo-
cupletissimæ fidei teste, ob parentum vitia obscurus, nec clarus ob
virtutes eorundem. Ideoque & *Augustissimus Imperator, MAXI-
MILIANUS*, annum Magistris, ut pauperioris cum primis fortis
alumnos ad DEI gloriam & salutem Patriæ in Gymnasio hoc eru-
dient, summâ liberalitate Stipendium, certissimum laborum præ-
mium ac molestiarum levamentum, decernebat ac constituabat,
id omne deinceps *Serenissimo Electore Saxon. JOH. GEORGIO I.*
calculò suo approbante, ac perpetuum esse volente. Ithanc ergò,
& Cæsaream ac Regiam, & Electoralem, cum benignitatem tum
clementiam quibus efferemus laudibus? quibus prosequemur
studiis? quâ complectemur gratitudine? Venerabimur, quoni-
am aliter facere nobis hodie non licet, humillimè Divos Principis
utriusque Manes, hosque ob pietatem istam insignem ac bonita-
tem, quâ hodieque fruimur, placidè quiescere jubebimus, maxi-
mas etiam habituri gratias, habituri has, quotquot sumus, perpe-
tuò. Nam si pulcrum Ethnicis fuit, animò gratò complecti: quid
Themistocles, quid Scipio, in sua quisque gente, egisset; quos ho-
stes, & quàm potentes vicisset; quàm grave jugum à cervicibus
Nobilitatis, quàm feros enses Civium jugulis avertisset: turpissi-
mum certè foret Christicolis nobis, de tot tantisque & *Divi MA-
XIMILIANI II. & Divi JOHANNIS GEORGII I.* laudibus
conticescere.

Ohe verò quid de prudentissimis Clarissimisque Majoribus
Vestris, vel olim - olim Antecessoribus potius Vestris, *PATRES
CONSCRIPTI*, nunc dicam? Quibus verbis illorum in ordinan-
da ac propaganda Re Scholastica, quum satis firmiter jamjam
fundatum GYMNASIUM hoc AUGUSTUM, satis largiter do-
tata ab AUGUSTO AUGUSTA hæc SCHOLA staret, sollicitu-
dinem commemorabo? Quâ eloquar oratione? Illi ipsi enim,
quum probè intelligerent, falsissimum illud esse Aristophanæum
in Eqvitiibus, *ἡ δημαγωγία γὰρ ἔπρος μασικῆ ἔτ' εἶναι ἀνδρός, ἔδὲ χρηστῆ
τὰς πρώτους, ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρὸν*, verissimum contra ea Beliffa-
rii istud ad Regem Totylam Græcè scriptum, *prudentum Virorum*
offi-

Electoralis
post Lusat.
traditionem
ratihabitio.

Amplif. Ord.
in ordinanda
ac propagan-
da Re Scho-
last. solicio
tudo.

officium esse, Urbes augere vacuasque ornamentis implere, vera autem Urbium ornamenta non alia esse nisi LEGES & LITERAS, ad quas utrasque quidem exercendas excolendasque necessario præcurio quædam adhibenda foret, non poterant novam suam Scholam, ab initio statim confirmatæ Traditionis, industriâ ac diligentia doctissimorum Virorum, quam laudatissime constituere, constitutionemque hanc primò DISCIPLINÆ ac DOCTRINÆ Scholasticæ Corpore, à P. VINCENTIO Gymnasiarcha editò, Annò superioris Seculi sexagesimo sexto, ipsis Maij Calendis, solemniter Urbi & Orbi publicare. Nempe, quoniam non σχολή, sed χολή est, quemadmodum DIOGENES Euclidis vocavit Scholam, ubi arguta & ad bene beateque vivendum inutilia traduntur, novæ suæ Scholæ non tam titulò splendoros aut nomine magnos, quam pios ac doctos, quam modestos Viros præficiabant. Præficebat, in isto, Amplissimus Senatus, deliberatò omnia consilio, nec non ad ipsius MELANCHTHONIS hæc in re præscriptum, agens, Magistros: qui non unum aut alterum, sed singulos ac omnes, non se, sed juventutem, non senes, sed pueros, quod prætextatæ quondam pueritiæ Magister, QUINCTILIANUS, præceperat, optimis quibusvis Disciplinis & Artibus imbuere scirent.

Primi Augusti Gymnasii Gorl. Collegæ.

Erant ex his P. VINCENTIUS, *Wratislav.* LAURENTIUS LUDOVICUS, *Leoberg.* SEBAST. ROESLERUS *Wonsid.* qui quæ huic decedenti successerat, BALTH. WALTHERUS, *Wratislav.* optimarum omnes Artium ac Philosophiæ Magistri. Erant cæteri, & ex iisdem Synergi, GEORGIUS *Stobrichius/ Wratislav.* & JOH. BIBERUS, *Gorlicensis:* quorum illi, Annò Seculi superioris sexagesimo septimo in Academiam Witebergensem redeunti, M. FABIANUS CLOSIUS, *Freistad.* huic, ad V. D. Ministerium vocato, BARTHOLOMÆUS ANDREADES, *Svidnicenf.* suffectus. Primi utique è præstantissimis isti omnes erant Præceptoribus: qui post exhaustas Pontificiorum sentinas in novam Scholam magnâ industriâ Artes & Lingvas introduxerunt.

PETR. VINCENTIUS, primus Gymn. Rector.

Præ cæteris id tantâ & autoritate & fidelitate PETRUS VINCENTIUS, Vir eloquentiæ laude clarissimus, primus, Witebergâ evocatus, Augusti Gymnasii Rector, præstitit: ut dubitare quis posset: plusne ipse Scholæ, an Scholâ ipsi plus deberet? In eadem namq; Scholâ quum intra quadriennium fama ejus miris effloresceret modis, undiquaque & nobili & ignobili locò nati Juvenes magnò huc numerò, tanquam ad mercaturam bonarum Artium, confluebant, emptisque quamplurimis ingenii mercibus magnâ cum laude in Emporia celebriora (Academias puto) lucraturi iterum abibant.

Faustus Augusti Gymn. Gorl. sub primo Duùm - Viratu progressus.

Sed ecce quantò major discentium erat confluxus: quum, Annò post Petri Vincentii in Patriam ad capiendos in Elisabethano Gymnasio fasces commigrationem sexagesimo nonò vertente, Gymnasii gubernacula JOACHIMO MEISTERO, *Gorlicio,* Gotingensis antea Scholæ Rectori, nec non M. LAURENTIO LUDOVICO, *Leoberg.* ceu Duùmviris, exæquatâ utriusque potestate, ab Amplissimo Senatu committerentur? Vidissetis, ad Gymnasium hoc ex unâ parte Borussos & Polonos, ab altera Germanos & Bohemos, amore omnes Studiorum famâque cum MEISTERI, tum Collegarum, LAURENTII LUDOVICI & MAR-

MA
fluen
Auto
der
exe

effec
cri ft
licite
ipse c
Syno
infini
gili
tu ha
bendi
tibus
quan
ante
verba
ma, c
firma

trix
ocho
ZOL
abiiff
Schol
lixam
& Di
sionis

vand
legiti
maxi
tes ac
ad gu
Serm
quem
um le
assurg
à Cor
fias B
fermo
purita
dico
Coro
barie
sump
in for
qveta
ment
gicâ,
phia

MARTINI MYLII, Virorum doctissimorum, incensos, confluere. Partiti hi operas suas ita fuerant: ut Latinos & Græcos Autores *LUDOVICUS* explicaret, *MYLIUS* Artes Logicas traderet, ipse *MEISTERUS*, alter Maro, Poëtas enarraret, Styliqve exercitationes ac meletemata Oratoria urgeret.

Rektorum
Dudum. Virorum
divisæ
operæ.

806

Et fanè studiò, fide & ingenii sui excellentiâ tantum unus effecit *MEISTERUS*: ut adolescentes, ne dicam, pueri, mediocri studiò adhibitò, quascunqve Sacri Codicis Historias non infeliciter Maronis tubâ canentes audirentur. Eò enim assvescerat ipse discentes: ut è *Virgilio* cum primis in ordines suos redigerent Synonyma, iidemqve Epithetorum copiam, Phrasium sylvulam, infinitam Locorum Communium multitudinem, elegantias Virgilii proprias, adeoq; totam Dispositionis Poët. Idèam in promptu haberent. Accedebat ipsius *MEISTERI* indefessum in scribendis, maximeqve in discantium frequentia recitandis, Poëmatibus studium. In his quippe non tantum elocutionem Virgilii, quantum poterat, exprimebat; sed etiam id dabat operam: ut ante oculos quasi poneretur: quomodo in Sacra Historia singula verba, singulæ Phrasès, tota item dispositionis & elocutionis forma, character deniqve, ad Poëticum Stylum accommodandus ac firmandus esset.

JOACH.
MEISTERUS cum
LAUR. LUDOVICO
Illus Gorl.
Gymn. Rect.
Meisteri laus.

De *LUDOVICO* verò, qui, quum primus ille è Civibus Patriæ Rector, *MEISTERUS*, post quindecim Annos, Annò nempe octogesimo quarto, à Senatu Bremensi, *CHRISTOPHORI PEZOLDI* consiliò, ad gubernandam Scholam evocatus, Bremam abiisset, solus communi Patrum Conscriptorum suffragiò Augustæ Scholæ Rector fuit declaratus, seorsim quid dicam? Dicerem prolixam laudem: nisi jam olim publicis Scriptis fateri & Collegis & Discipulis necesse fuisset: quòd, *LUDOVICO* vivente, *Professionis legitimæ* exemplum, exemplum *Disciplinae Scholasticæ conservandæ*, cum eodem viveret. Præprimis minimè occulta causâ *legitimæ* erat *Professionis*. Nam quum ad rectè docendum duo maximè requirantur, *eruditio excellens, & singularis tractandi Artes ac Lingvas dexteritas*, ambas has, dudum luculenter probatas, ad gubernacula, quibus solus jamjam admotus fuerat, attulit. Sermonis in eo Latini singularis erat lepos ac summa svavitas: quem ita temperare accuratâ Latinorum Scriptorum propè omnium lectione didicerat: ut neqve humi reperet, neq; ad tumorem assurgeret. Græcæ Lingvæ ita erat peritus: ut Græcis ipsis, qui, à Constantinopolitano Patriarcha cum literis systaticis ad Ecclesias Evangelicas missi, huc venerant, audita *Joachimi Meisteri* in sermone Græco promptitudine, & *Laurentii Ludovici* in eodem puritate, uterq; admirationi fuerit, summâ cum ac perpetuâ, non dico Gorlicii nostri, sed universæ Germaniæ gloriâ in discantium Corona exclamantibus illis: *ἰταλία βαρβαρία, h. e. Italia nil nisi barbaries est.* In Lingvæ etiam Sanctæ studio non parum olei consumpsisse Ludovicum, liquidò aère liquidius è pluribus, ab eo vel in sola Threnorum Jeremiæ explicatione editis, Speciminibus liquet. In Philosophia dicendiq; Arte, in Arte cum primis argumentandi ac differendi, rationis illa & iudicii informatrice, Logica, ita erat versatus: ut in Theologia quoqve sobrium Philosophiæ ac Logiciæ usum, in Latinorum item ac Græcorum Auto-

LUDOVICUS solus
Rect. Gymn.
isq; tertius.

Ampla Ludovici laus.

E

rum

rum expositionibus dialecticam Inventionem & Dispositionem, post grammaticam Vocum connexionem, post rhetoricum ornatum, monstrare posset: ut posset oratorias cujusvis Generis exercitationes in utraqve Lingva, Declamatoribus frequentibus, & quidem binis semper de Cœtu Scholastico, qui in suggestu publico perorarent, deqve palma oratoria dimicarent, lectis, lectis item Scholasticis quibusdam Arbitris, instituere: ut deniq; ad differendi disputandiqve Artem, Sententiis è media Philosophia ac Theologia, de quibus magna opinionum inter eruditos varietas & discrepantia erat, excerptis ac propositis, suos assuefacere posset, non minorem è certamine adolescentum voluptatem, quam Homericus ille Agamemnon è rixa Achillis & Ulyssis, capiens. Inde; nec mirum: si *LUDOVICUS* hic, in omnibus magnâ cum audientium voluptate μελάγχθωνα ἀκριβῶς ζηλώσας, sapientiam in proponendo, dexteritatem in tractando propè divinam adhibere valuit. Quid? quòd nec mirum sit: si *LUDOVICUS*, disciplinæ amantissimus, bonas auctoreqve se latas Leges in vigore suo semper conservare potuit. Suppetebant enim post summam eruditionem huic, quæ quidem ad disciplinam custodiendam, quàm maximè pertinent, divina pariter & humana subsidia. Næ ipse tantâ à DEO armatus erat autoritate: ut ad ejus, tanquam ad Æneæ Virgiliani conspectum, imò ad adventantis strepitum, discipulorum omnium ora conticescerent. Erat & vita ipsa ita comparata: ut vivum pietatis, modestiæ, temperantiæ, gravitatis & virtutis cujusvis exemplar exhiberet. Constat id, si non aliunde, maximè tamen è *Schola Gorlicensis Threnis*, quibus *Annò octogesimo sexto* Optimus Vir cum veteres tum recentes pestis calamitates deplorabat: constat ex ejusdem *Schola post dissipationem instauratione*, Typis unâ cum *Threnis* olim editâ: constat ex *Apologia Enarrationis Grammaticæ Epistolæ Paulinæ ad Romanos*, in Gorlicensi Schola recitatâ: ex *hyberno* deniqve *Studiorum Scholæ Gorlicens. Curriculo*, Amplissimo Senatui ac Dominis Scholarchis *Annò octogesimo quarto Calend. Octobr.* exhibito, constat.

Mira Augusti
Gymn. Gorl.
incrementa.

Tanti proinde, tanti Viri famâ excitati pueri ac juvenes tantò ab omnibus propè Mundi plagis ad Augustam hanc Scholam, tanquam ad bene compositum nidum, agmine advolabant: ut, quum Intimatione, publicè ad fores Templi *Annò octogesimo sexto Die 9. Febr.* propositâ, instaurationis & civibus & advenis significata, operarumqve publicarum initium *d. 25. Febr.* in Discipulorum omnium Ordinum centum & sexaginta præsentia factum esset, numerus hic intra octiduum ultra septuaginta augetur, totusqve tandem Scholasticus Cœtus ad sexcentos usque & quadraginta tres Discipulos excresceret. Numerabantur fanè tunc temporis in annuis Populi Scholastici Censibus Primani nunc centum & quadraginta septem, nunc centum & sexaginta, inqve his 26. Nobiles, advenæ centum septem & triginta. Junctim verò per omnes Classes *Anno XC.* Nobiles quinquaginta & unus, advenæ ducenti cum totius Urbis applausu numerabantur. Ideoque, postquam jam antè Primanorum numerus ad centum & quadraginta duos excrevisset, primæqve Classis locus ægrè hunc discentium numerum caperet, decretò Amplissimi Senatûs, & Consulari quidem Ædile Dno *GEORGIO SCHMIDIO*, fiebat: ut

ut amplissimus Sextæ Classis locus traderetur Primæ Classi, Secunda transferretur in Primam, Tertia in Secundam, Quarta & Quinta suo manerent loco, sed Sexta Classis è Monachorum triclinio æstivo in horum Nosocomium, (quod & superioribus annis tenuerant,) transferretur. Eat nunc aliquis alibi, & Scholæ suæ commemoret incrementa! Paria nobiscum is non faciet: neque & æqualia Augustæ nostræ Scholæ incrementis incrementa dicet. Manebit enim hæc laus Scholæ nostræ: quod una præ cæteris Germaniæ Scholis, maximè sub LUDOVICO suo, & Magistris & Discipulis quondam incitatissima, floruerit.

Neque verò defloruit ipsa: posteaquam *Annò nonagesimo quarto die 17. Aprilis* clarissimus & integerrimus Vir, *M. LUDOVICUS*, piè diem suum obierat, atque felicissimus in Scholastica gubernatione, quum totidem annos serviisset Scholæ, successor ab Amplissimo Ordine datus fuerat *M. MARTINUS MYLIUS*, celebre deinceps sibi nomen, magnò literati Orbis Senatu applaudente, *HORTO PHILOSOPHICO* faciens. Numerabantur siquidem sub hoc celeberrimo Viro per plures annos ultra quadringentos nobiles ac ignobiles, Gymnasio qui dederant nomen, Cives. In his centum & plures non rarò Primani erant, quinque non semel, non semel septem, *Annò denique currentis Seculi sextò* novem Baronibus, Baronibus nempe Liberis Silesiæ tribus de *Malghan/Joachimo, Ottone Henrico, Joh. Bernharde*; Baronibus Bohemiæ Liberis duobus de *Smirgib/ Alberto Wenceslav & Alberto Johanne*, duobusque adhuc aliis Baronibus Bohemicis, *Michaele Slavata à Chlum & Kossun*, nec non *Johanne à Zaruba de Hustirzan*, Poloniæ item Baronibus duobus, *Johanne & Francisco Kilsky*, fratribus germanis, annumeratis ac nominatis.

Atque tanto in flore venerandus Senex maximà cum sui laude Gymnasium retinuit: donec ab incluto Urbis Senatu, inopinò, post exhaustos novem ac triginta annorum labores Scholasticos, morbo correptus, rude annò ætatis sexagesimo sextò, *Christi millesimo sexcentesimo octavo* donaretur, eidemque, *Die XV. April.* Rectoratus fascibus in solemnè Scholæ conventu inque splendida Amplissimi Senatùs præsentia, post præmissam quidem à *GEORGIO LUDOVICO, J.U.D. Reipubl. Syndico gravissimo*, Orationem, huic traditis, *CASPAR DORNAVIUS, Zigerucensis Variscus, Medicinæ ac Philosophiæ D.* succederet.

Successit igitur *C. DORNAVIUS*: successit RECTORIBUS PHILIPPISTIS RECTOR, si Religionè A.V. spectetis, REFORMATÆ RELIGIONIS, sed ad invidiam usque, si variam spectetis eruditionem, eruditus ac doctus. Philosophus enim Epicharmus hic Gymnicus ingenii erat subactissimi: Orator oris erat disertissimi: Poëta venæ erat fluidissimæ. Verbo: *MEDICUS erat: erat & mentis & corporis Medicus experientissimus.* Et quidam experientissimus de hoc Medicorum genere Medicus fuisset: qui in duodecennali sua peregrinatione cum Ulyssè Homericò non tam multas urbes viderat, quam multorum hominum mentes cognoverat: qui multa auribus in itinere hauserat: qui multa animò & cogitatione, multa quoque legendò percurrerat? Loquuntur pro me, ac certissimà fide experientiam hanc Viri, cujus nomen

M. MARY.
MYLIUS,
IVtus Gymn.
Rector.

Ejus fama.

Discipp. Baronum sub hoc Reçt. numerus & nomina.

D. CASP.
DORNAVIUS Reçt.
Gymn. Vtus.

Ejus laus.

ut

Ethopraxia
Dornavij.

309

Dornaviana
Eloquentia.

Ulterior Am-
pliff. Senatus
circa rem
Scholast. cura.

men dudum in Albo æternitatis fuit, tres *ETHOPRAXIÆ UNI-
VERSALIS* manuscripti Libri, de *Morum ad officia in Societate ci-
vili concinnatione* in Illustri Bethanéo propositi, indeqve & digni
iidem publicatione, testantur. Ehem verò! quantâ dexteritate
Vir laudatissimus, quem vel semel dicendi facultas in umbone
Scholastico collocârat, quantâqve solertiâ fidei suæ concreditos
in Eloquentiæ Palæstra exercuit? Satis id non modò ex accura-
tissimis, quas menstruatim propositas possideo, *Dispositionibus*, sed
& ex ipsissimis ejus verbis patet. *Imprimis*, ait alicubi *DORNAVI-
US*, *quæ ad Eloquentiam & oratorias Veneres ac Gratias hac etate
facere videntur, inculcamus: quâ possumus industriâ: quâ debemus
fidelitate: ut ex hoc amplo promptuario Juventus depromat: quibus
Declamationes suas cum decorare tum colorare possit.* Ita nimirum
ille ait. Nec ipse tamen in tot tantisqve Discipulorum Exercitiis
Oratoriis conquiescebat, sed Cathedram sæpius conscendebat,
quamqve Discipulis commendaverat cotidie eloquentiam, vivum
ejus in se ipso exemplum ostendebat, felicior hac in re Hermoge-
ne Græcorum, felicior Quinctiliano Latinorum visus: qui, quum
optimi aliis ad Eloquentiam duces essent ac magistri, eloquentes
ipsi haut fuere. At *DORNAVIUS* verò & dux & magister ad
dicendum erat optimus, idemqve, omni laude cumulatus Orator,
quasi catenâ quadam aurea, ut alter Hercules, in Oratoria Palæ-
stra Auditores, numerosos cumprimis discentium cœtus, pro lu-
bitu suo trahebat, nunc rudes ac imperitos Musarum Alumnos
Orationis quadam suavitate ad meliorem frugem traducens, nunc
duros obstinatosqve horum animos verborum gravitate perfrin-
gens. Quis nostrum ergò *Olympium Oratorem* *CASP. DORNA-
VIUM* non vocitaret? Non aliter enim, atqve Pericles, summus
olim Græciæ Orator, non amputatâ & abscisâ, sed latâ & magni-
ficâ & excelsâ Oratione, quandocunqve vellet, tonare, fulgura-
re, omnia deniqve perturbare ac miscere valebat, aculeum in au-
dientium animis semper relinqvens. Fidem iterum politissimæ
Orationes, & alia quàmplurima Scripta, magnò seorsim edita nu-
merò, sed paucis abhinc elapsis annis junctim duobus Tomis in
usum Studiosæ Juventutis, ad elegantio rem formandum Stylum,
à B. nostro *SCHMIDIO* collecta, mihi faciunt: pariter ac summæ
dexteritatis solertiæq; Dornavianæ in docendo atq; ducendo *GZ-
MNASII GORL. DISCIPLINA & DOCTRINA*, autoritate
Superiorum à *DORNAVIO* Annò Seculi hujus nonò in salivam
publicam emissa, facit fidem. Vos autem, Vos *Venerandi Audito-
res*, dicite mihi, sultis: ecquid jamjam cogitatis, quid sentiatis,
quidve de laudatissimorum Majorum solitudine ac cura, quæ
utraque per prius Semiseculum in eligendis ac præficiendis in-
cluto huic Gymnasio Rectoribus, in adjungendis optimis ope-
rarum laborumqve sociis luculentissime se probavit, judicetis!
Nonne hæc provida semper, illa indefessa fuit? Fuit Nobilissimæ
Senatûs cura, ut in alia re quavis, ita in re potissimum Scholastica
providissima: fuit sollicitudo illius admodum indefessa: fuit
utraque efficacissima: indeqve & ipsa hæc Schola Augusta sub
utrâque erat florentissima.

Nec minor sollicitudo ac cura Amplissimi Ordinis sese per
alterum exseruit Semiseculum. Nam, quum ὁ πολυμαθέσις *DOR-
NAVIVS*

NAV
cum
in Il
tan
poli
gusti
Gorl
caus
rum
niori
Viro
RO
hoc
num
Gym
alter
Refo
ceps
que
dam
& al
aut
fati
mera
dem
alii
gravi
dem
in ur
num

ctum
subse
sent,
ceptis
diqve
merc
ut de
imm
star
verò
pri
post
Scrip
Scho
Gorli
quid
rior
tus,
Lusa
καλα
alior

NAVIUS, Annô currentis Seculi decimô qvintô *D. 5. Julii* Gymni-
 cum Gorlicii ad Nissum Sceptum, *Professor Bethania ad Oderam*
in Illustri Schönaichiano Gymnasio, noviter adaperto, constitutus,
 tandemqve & ipse, *Celsissimi Ducis Bregensis Consiliarius* factus, de-
 posuisset, id *Jubilæo primô*, *quingvagesimô* nempe, qui à *primo Au-*
gusti Gymnasiu ortu elapsus fuerat, Annô, à Nobilissimo Reipubl.
 Gorl. Syndico, **GOTHOFREDO Glych à Militz** / inaugurali de-
caussis ac remediis corruptæ Disciplinæ Scholasticæ ruinæqve Schola-
rum Trivialium Oratione præmissâ, optimo è Collegis Scholæ Se-
 niori, perqve annos viginti tres de re Scholastica optimè merito
 Viro, Philosopho Poëtæqve doctissimo, **M. ELIÆ CUCHLE-**
RO solemniter nomine publico tradebatur. Florebat ergò sub
 hoc quoq; optimarum Artium ac Philosophiæ Magistro per decen-
 nium Augusta ad Nissum Schola. Sed, ubi duo jam in viciniâ
 Gymnasia Academica, **SCHOENAICHIVM Silesiorum** alterum,
 alterum **ROSENBERGIUM Bohemorum**, Bohemicæ hoc, illud
 Reformatæ Confessionis Asceterium, adaperta essent, atqve dein-
 cept paucos post annos Papistica in Bohemiâ, Moraviâ, ipsâ quo-
 que Silesiâ, Religionis reformatio, magnô cum Evangelicorum
 damnô, contigisset, haut pari ipsa flore florebat. Uno namqve
 & alterô annô vix octoginta, pluribus verò annis septuaginta,
 aut sexaginta vix numerabantur Primani. Nec pauci tamen Lu-
 fati in his Nobiles, & interdum quoqve duo vel tres Barones, nu-
 merabantur. Numerabantur, inquam, ac nominabantur toti-
 dem Primæ Classis Cives, nobiles alii, alii ignobiles; advenæ alii,
 alii indigenæ: dum, ingruente Bello Ligistico, ac subsequutâ Peste
 gravissimâ, numerus hic magis magisque decreveret, ac tota tan-
 dem Schola Anno nostri Seculi trigelimo secundô dissiparetur,
 in universum *Die 22. Septembr.* viginti qvatuor tantum Civibus
 numeratis.

Nempe, qvum inter arma, qvibus, ineunte prioris Anni au-
 ctumnô, Gorlicium petebatur, femina pestilitatis simul sparsa, sed
 subsequente hyeme sopita, adultô vere prædicti Anni recruduis-
 sent, contagiumq; & ipsum nunc has, nunc illas, paucissimis ex-
 ceptis ædibus, ædes, tam intra quam extra Urbis pomœria, un-
 dique invalescens, ac funera indies densans, infecisset, sic satis nu-
 merosus Cœtus Scholasticus ad tantam redigebatur paucitatem:
 ut de voluntate Amplissimi Senatûs Schola clauderetur, ipsaqve,
 imminutô Collegarum, diritate pestis abreptorum, numerô, in-
 star miseræ orphanæ per octo derelinqueretur Menses. Quoniam
 verò nullum solum esse solet malum, nullaqve sola calamitas, ad
 priora illa mala hoc ingens insuper malum accedebat: ut biduô
 post Collegæ infimi, **FRIDERICI REINISII**, Viri in Dædalæa
 Scriptura exaranda versatissimi, obitum Capite suo orbaretur
 Schola. Ecce enim optimus Vir, Vir *Curriculô Studiorum Scholæ*
Gorlicensis, à **LAURENTIO LUDOVICO Leoberg**. Rectore olim
 quidem conscripto, sed præsentî accommodatô statui, clarus; cla-
 rior *eruditâ de Problemate, Verene, an Autumno Mundus sit condi-*
tus, DISSERTATIONE, Opere deniqve *Neo-antiquo*, eodemq;
 Lusatiæ literatæ sacro, *Versione Ἀπολογίας διαφορῶν ἐπιγραμμάτων*
παλαιῶν Latinâ geminâ, solutâ & ligatâ, cum Autoris perpetuâ, tum
 aliorum diversorum Autorû sæpius intertextâ, adornatô, inq; **XXV.**

F

Gen-

M. ELIAS
 CUCHLE-
 RUS Vltus
 Gymn. Rect.

Aug. Gymn.
 Gorl. decre-
 menta.

Ejusd. miseri
 casus.

Cüchleri
 Scripta.

800

Cüchleri
obitus.

Centurias, quarum V. non absque *φιλελληνων* applausu viderunt lucem, distributō clarissimus, *M. ELIAS CÜCHLERUS*, *Gorh. P. L.* Rector Augustæ hujus Scholæ longè meritissimus, *D. XI. Octobris Annō Christi trigesimō secundō, Ætatis sexagesimō quarto, Re-Exoratus*, difficillimis Reipubl. Patriæ temporibus gesti, *decimō septimō*, pestilentiali in funeris deductione horrore correptus, decessit, inq̄ve cœlestem commigravit Scholam.

Tristior Gy-
mnasii fa-
cies.JOH. LU-
DOVICI
Con-Rect.
obitus.

Scholā quid interim ageret nostra? Lugebat miserrima sua fata, plangebatur, flebat. Nec tum tamen malorum, quæ lugeret, satis: calamitatum, quas doleret, nondum finis. Nam ubi, trimestri ab obitu Rectoris amplius, Amplissimus Senatus, de legitima Scholæ instauratione post profligatam pestem cogitans, hanc duobus Collegis, *M. JOHANNI LUDOVICO*, *Con-Rectori*, qui votis omnium Rector designabatur, & *M. MARTINO MOLLE-RO*, *tertio* à Rectoris loco *Collegæ*, unā cum rei Scholasticæ administratione per Scholarchas *D. 15. Februar.* Anni subsequēntis commiserat: *LUDOVICO*, Viro supra laudem, id accidebat: ut *Die Viridium*, quō Scholæ superstites Collegæ, adjunctis sibi octodecim Scholasticis, anniversariam Sacræ Synaxeos solemnitatem celebrabant, in Sacris Templi serotinis à peste tentatus, lecto affigeretur, morboq̄ve tandem vincente, inter ardentissimas preces, ipsō mediō noctis, quæ Feriam Paschatos tertiam inchoabat, articulō, è miseriarum hac valle ad Cœlitum collem beatè transfiret. Ita, quod Argonautæ olim de amissō in medio cursu Heroum, præcipuo Hercule, Idmone Vatum sapientissimo, Typhy rectore navis solertissimo, conquesti leguntur, id longè acerbius Scholæ Gorlicensis lugebat. In his duobus enim magnis Viris plus Scholæ, quàm illi in tribus suis fabulosis, amiserat, eratq̄ve utriusq̄ve obitus Augustæ Gorlicensium Scholæ, quod eventus luculenter demonstrabat, admodum fatalis. Et quanquam octavō, ex quo Scholæ dissipata, orbata, ac penè desolata jacuerat, Mense elapsō, Amplissimus Senatus vellet: ut interea temporis, dum novus Rector crearetur, Scholæ instauratione, hujusq̄ve imprimis directio ac gubernatio, à Viro, de re Scholastica dudum bene merito, *M. MARTINO MOLLERO*, susciperetur, cognitaq̄ve benevolā hac ac liberaliori, quàm antè, declaratā voluntate, in eandem superstites Collegæ descenderent: nec aliud tamen nisi quatuor Annorum inter totidem belli turbas aliasq̄ calamitates subsecutum est *INTER-REGNUM*. Inter-Regnō autem stante, hoc ipsō, Scholāq̄ve rursus *Annō tricesimō tertio, tertio & vice-simō die Maji*, qui *dies Lunæ* post *Trinitatis Festum* erat, decenti ordine ac modō apertā, operosus nihilominus & laboriosus in Juventute, parvi licet esset numeri, dexterrimè erudiendā noviter hic constitutus Scholæ *Administrator* ac *Director* erat. Erat, inquam, cui *vicarium dirigendi operas Scholasticas omnis* vel semel impostum fuerat, *Scholæ*, in miserrima, à Cæsariano Exercitu facta, direptione denuō dissipatæ, ac paulō post, Senatu ita volente, revocatæ, *fidelissimus* ad Annum usq̄ve septimum ac tricesimum hujus Seculi *Director & Administrator*.

Aug. Gymn.
Gorl. Inter-
Regnum.M. MART.
MOLLE-
RUS Gymn.
interea Ad-
ministrat.Alter Gymn.
Gorl. Duūm-
Viratus.

Eo quippe Annō, *Die nempe XXI. Augusti*, Amplissimus Patrum Ordo Augustæ huic Scholæ, alternis Septimanis ac æquali potestate regundæ, Duūm-Viros, Viros nō. Clarissimos, *M. MARTINUM*

71N
lega
Sprofin
tu e
fenu
redo
Con
run
litat
MO
Re
mus
qua
opti
ruin
quic
tate
prel
atio
Nor
Ideā
demNE
ipse
ut
Ord
Rei
quin
fenu
am
can
am
Aca
Qv
Con
tric
tho
fua
dis
cia
tis
stab
M
Poc
riti
cur
Ign
nic
UN

462
312
TINUM MOLLERUM, *Gorl.* tertium quondam in Ordine Collegam, nec non **DAVIDEM VECHNERUM**, *Freistad. Siles.* Sprottaviâ evocatum, creavit.

Novum hoc, idemque egregium, providæ curæ ac incitatis-
simæ pro Rei Scholasticæ salute sollicitudinis in Amplissimo Sena-
tu est specimen. Schola enim, quæ injuriâ temporum quasi con-
fenuerat atque decoxerat, nisi quod aliquando moveret lacertos,
redditâ quasi juventute, paulatim post laudabilem hanc Patrum
Conscriptorum curam revirescebat. Neuter enim Clarissimo-
rum Duum-Virorum horum quicquam de industria deque fide-
litate, de dexteritate remittebat. Remittebat nihil **MARTINUS**
MOLLERUS, nihil **DAVID VECHNERUS**: uterque ut in
Re Scholastica versatissimus, ita in erudienda Juventute felicissi-
mus. Et quamvis non semel turbis bellicis, *Anno* cum primis
quadragesimo primo, in bimestri obsidione concuteretur Schola:
optimi tamen hi **RECTORES** precibus suis ac laboribus ante
ruinam stabant, officio suo bene semper fungentes. Indefessum
quidem **B. MOLLERI** studium, fidem ac methodicam dexteri-
tatem præ cæteris eruditis Scriptis Scriptum *εινενδοσον*, idque
prelo dignissimum, cui publicè proposita Praxios Logicæ deline-
atio **ICHNOGRAPHIÆ** titulum ac nomen peperit, testatur.
Non dici certè potest: quantâ fidelitate, quantâ & felicitate ille,
Ideâ præmissâ *Logicâ*, Praxin Logicam expedierit, Præcepta qui-
dem pauca, sed Usûm esse maximum ibidem jubens.

Jubebat idem in accuratissimo *Studiorum Curriculo* **B. VECH-**
NERUS. *Studiorum in Gorliviensi Gymnasio Curriculum* puto: quod
ipse sub ipso statim Rectoratûs sui introitu ita definiverat **B. Vir**:
ut pueri adolescentesque non planè impeditæ indolis, cujuscunq;
Ordinis aut Natalium, Divini Spiritûs aurâ secundante, statuque
Reipubl. tranquillo, per gradus quosdam & veluti metas, sub
quinque ordinatis Classibus octoque fidis, neque operam injuriæ
sensu averfantibus, Præceptoribus, ad Pietatis exercendæ scienti-
am morumque decentiam, Lingvarum item & Artium, quas vo-
cant, Logicarum peritiam, Historiarum etiam Ethicæque notiti-
am, eò usque provehi possent: quò, cum spe optati successûs
Academici Solis Regiam ac Delum adituri, forent provehendi.
Quemadmodum autem *Curriculo* isthoc *Studiorum*, pariterque &
Consilio Scholastico, quod utrumque Dnn. Scholarchis *Mense Anni*
tricesimi octavi Julii obtulerat, raram ac caram Didacticæ suæ Me-
thodum laudatissimus Vir probatum ibat: ita nihilo seciùs fidem
suam, suam industriam, dexteritatem suam, crescente subinde
discipulorum numerò, *Majori Rhetoricâ*, *Rhetoricâ Generali* ac *Spe-*
ciali, Exemplis cum Classicorum Autorum, tum à se concinna-
tis, copiosissimè illustratâ, nondum tamen editâ, testabatur. Te-
stabatur idem ille non vulgarem Græcæ Lingvæ peritiam **GRAM-**
MATICÆ GRÆCÆ SACRÆ SPYRIDIO. Peritiam Artis
Poëticæ egregiam in **STICHOPOEIA**; raram Styli Latini pe-
ritiam in **LATINITATIS TEMPLO**, sub Schemate Epistolæ
cum Proplasmate Liminis, Atrii, Odæi, Adyti, in *Januæ Comen. de*
Ignis Titulo efformatis, *Lesnæ Pol.* editò; Rerum denique Germa-
nicarum, itinere Germanico & Anglico sibi collectarum, notitiam
UNIVERSÆ GERMANIÆ BREVIARIO, jam olim juris pu-
blici

Novum pro-
vidæ circa
rem Scholast.
curæ in Ampl.
Ord. speci-
men, novaq;
& Gymn. in-
crementa.

M. MOLLE-
RUS cum
DAVIDE
VECHN.
VIImus
Gymn. Rect.

Molleri stu-
dium.

Studium
Vechneri.

Vechneri
Scripta.

blici factô, novissimeqve à Clarissimo Filio, *ABRAHAMO VECHNERO*, *Collega mihi conjunctissimo*, Editione tertiâ extenso, Vir ô πᾶνυ testabatur. Famâ hinc tanti Viri, longè lateqve diffusa, numerus discentium indies crescebat. Nomen dabant Scholæ inqvilini: confluebant exteri: miscebant in hoc se confluxu non pauci Nobiles.

DAVID
VECHNERUS, isqve
Solus, Rect.
Gymnasii
LXvus.

Longè autem major fiebat Discipulorum confluxus: quum *Nonis Martii, Annô Messiano nono & quadragesimo, Ætatis tertio & sexagesimo, duodecimo Rectoratûs, tertio & tricesimo publici Præceptoratûs*, M. MARTINUS MOLLERUS vitâ suâ decederet, Paçeqve Germaniæ Osnabrugi & Monasterii conciliatâ, Præcellentissimus *VECHNERUS* solus fasces Scholicos teneret, ipse quidem jam antè, Annô videlicet quadragesimo tertio *ECCLESIAE DIACONUS*, sexagesimo secundo *MINISTER VERBI PRIMARIUS*, communi Patrum suffragiô, ob summam Viri cognitam fidelitatem, cognitamqve ejusdem in erudienda pube Scholastica dexteritatem, factus, indeqve simul & Ecclesiasticam & Scholasticam ad *Annun usque sexagesimum sextum* cum laude adornans Spartam. O quàm verum Christianum, ô quàm pium, Theologum, ô quàm bonum Philosophum, ô quàm doctum Philologum in venerando hoc Antecessore meo, quoad utramqve ornabat Spartam, cognoscere licebat! Non absterrebant Virum Herculei labores, non concatenatæ curæ: quò minùs utriqve faceret satis Spartæ. *Origenis* cognomine *ADAMANTIUM*, cognomine *Didymi CHALCENTERUM* postera *VECHNERUM* nostrum ætas diceret. Diceret verè utroqve hoc cognomine Virum. Indefatigabilis enim in ipso laborum ac curarum erat patientia: perpetua in fide, spe, ac charitate constantia.

Vechneri
laus.

Obtestatio.

Obtestor heic Vestram, *Viri*, quotqvot è Scholâ laudati *VECHNERI*, ut togati milites, olim prodeuntes, alii hodiè Curiam, alii Ecclesiam, alii Scholam ornatis, quotqvot & Familias vestras ornatis, Juris Utriusqve Doctores alii, alii Medicinæ ac Philosophiæ Doctores, alii Licentiati, alii Magistri, Advocati alii, Cives alii literati, fidem: ut contestemini, me à veritatis tramite assentationis vitiô tenuis hac haut abreptum esse. Neqve & Ego aliò abripiebar: quum piis Beati Viri, quem ut alterum Parentem ob amorem, ob favorem, ob candorem, per triennium mihi satis probatum, veneratus fueram, Manibus seqvens scriberem Epitaphium:

Vechneri
Epitaphium.

Siste gradum, *LECTOR*, lege, & ipse Viri aspice vultum:

Quem tabula ad vivum hæc picta referre solet.

Nam Tibi divinum verâ sub imagine vultûs

VECHNERI ingenium judiciumqve notat.

RHETORA & HISTORICUM ipsâ probat, magnumqve
POETAM,

THEOLOGUM eximium, *PHILOSOPHUM*q; catum.

In reliqvis Vir erat *CANA VIRTUTE* superbus:

Patronus Sortis pauperioris erat.

Revocatio
sui ipsius.

Sed quò, à Viri beatissimi, beatissimè qui *Annô Christi nono & sexagesimo, Ætatis quinto & septuagesimo*, postquam, senio confectus laboribusqve fessus, bonâ Amplissimi Senatûs pace, fasces Scholicos

licos
ptus.
veni
facile
giss
ram.
gressi
gè pl
em, r
arma
do ec
cion
REM
us, c
ction
lastic
ctatio
mô se
instan
trodu
deqv
Patre
GZM
staur
vi: c
lare,

ab ex
conti
plure
sis A
spitic
poris
ra ac
qvic

fueri
cotio
optin
porn
torii
amp
tur.
se su
dole
tactic
aliqu
dine
mel
lustr
riam

lud

468
8 14
licos ante triennium deposuerat, vitâ suâ fungebatur, laudibus abreptus, veni? Qvò & à cæterorum Antecessorum laudibus abreptus veni? Veni in patentissimum prolixæ laudis campum: è quo ita facilis mihi regressus haut dabatur. Redeo igitur, redeo è longissimo diverticulo ad maximè providam Amplissimi Senatûs curam. Ad curam circa ulteriorem Augusti nostri Gymnasii progressum occupatissimam redeo. Nam is, qvum intelligeret, longè plures togatos è Ludo hoc literario milites, adversus barbariem, ruditatem & inscitiam militaturos, semper prodiisse, qvàm armati qvondam è Trojano eqvo milites prodierant, de liberando eopse ab omni, qvæ de Religione unqvam sparsa fuerat, suspitione cogitans, è media Electorali aut Ducali Saxonîa RECTOREM evocare decernebat. Post præviam autem unius & alterius, qvòd Metaphysici vocant, Subjecti denominationem ac electionem qvum ad Me tandem, tot tantisque in Eruditione Scholasticâ Heroibus vix dignum Successorem, citra omnem expectationem deventum esset, Egoq; *Altenburgò in celsè Annò sexagesimo sexto* evocatus, ante hos *XX. Annos* huc adventarem: statim de instauranda post integrum, à primi Rectoris *P. VINCENTII* introductione qvòd elapsum fuerat, Seculum *RE SCHOLASTICA*, deque *SECULARI* celebrando *FESTO* solliciti Conscripti fuere Patres. Feci Ego ad utrumqve horum nutum. Feci faciendâ, & *GYMNASII GORLICENSIS DOCTRINAM* instauravi, instauratamqve solemniter è Decreto Superiorum publico publicavi: deinde *Seculare* seculari pompâ *Festum, Festum Gymnasii Seculare*, à *SECULARI HORATII CARMINE* invitatus, celebravi.

Novus posthæc cum nobili tum ignobili locò natorum, qvum ab exteris longeque etiam diffitis terris adventabant, concursus contigit, tamqve frequens is fuit: ut septuaginta, & quandoque plures, imò centum etiam in censu haberentur Superioris Classis Auditores: qvanqvam numerus hic postero tempore in Hospitiorum defectu aliquantùm diminutus fuerit. Interea verò temporis haut qvicqvam hodierni inclutæ hujus Urbis Patres de cura ac solitudine suâ in Re Scholasticâ remiserunt: neq; & hodie qvicqvam ipsi remittunt.

Tantum videl. abest: ut Scholæ suæ curam unqvam deposuerit Nobiliss. & Ampliss. Senatus noster: ut in numerato potius cotidie habeat: qvòmodo non tantùm Salaria justo tempore per optimos, optimò è suo Ordine consiliò electos, Scholarchas porrigantur, cæteriçve erogati sumptus in reparandis Auditoriis Magistrorumq; domiciliis bene collocentur; sed & de Scholæ amplificatione consilia conferantur, concilientur, communicentur. Tantum item abest: ut penitùs Scholasticis velitationibus se subtrahere soleant Patres: ut potius præsentia suâ bonam indolem non rarò commendent, incendant, excitent, negligentes tacitè reprehendant, deprimant, rubore suffundant, ad frugem aliquam promoveant. Qvum & deputati quidam è Senatorio Ordine Viri, si non bis terve, minimum tamen qvotannis semel, semel sub Examinis solemnitate, præsentem Exercitum Scholasticum lustrant, illustant, exornant, suâqve autoritate ad frugem, ad gloriam, ad eruditionem extimulant.

Accedit ad varias illas Augustam hanc Scholam provehendî ratio-

Iterata provida in Ampli. Ord. circa Rem Scholast. curæ commendatio.

Rector Aug. Gymn. Gorlic. IXtus.

Novus discipulorum confluxus.

Constanti Ampliss. Ord. circa Rem Scholast. cura.

Civium ho-
spitalitas.

rationes Civium hospitalitas. Liberalitas Civium accedit: quam pauperioris fortis alumnos, aliunde huc adventantes, in hospitium recipiendō alii, alii eosdem mensis liberalibus alendō, multū stipe eorundem pauperiem sublevando, exercuere, inq; hunc usque diem exercent. Si qvi tamen non re & factō possunt: benevolentia liberalitatem ipsi exercent & amore.

Maxima illa
omnium in
Gymnasio
propagando
conservando-
que cura.

Hem autem! quāto major Augustum nostrum Gymnasiū propagandi ac conservandi ratio hæc est: quando, lapsa jam propē omni disciplinā, consilia de absoluto aliquo tūm *DOCTRINÆ*, tūm *DISCIPLINÆ* potissimum, *SCHOLASTICÆ CORPORÆ* concinnando Patres Conscripti novissimē contulerunt, collataque mecum communicarunt? Parui Ego equidem optimis de Re Scholastica provehenda consiliis: parui, atque *ABSOLUTISSIMUM* ut *DISCIPLINÆ* ita *DOCTRINÆ CORPUS*, felicitante Opt. Max. DEO, concinnavi, concinnatum Superiorum censionī submissi, submissum cum approbatione fideli manu recepti, receptum nitidis curavi typis exscribi, exscriptum UNI & TRINO in cœlis DEO, AMPLISSIMO in terris ORDINI, consecravi, consecratumque in mensam Solis exposui, nomine publico publicaque autoritate omnibus in universum Gymnasii Civibus publicandum. Publicassem autem Scholasticum hoc Opus dudum: nisi, post non paucas remoras mihi hinc inde objectas, tempus, quō huc ante hos viginti annos cum Familia Altenburgō Osterlandorum divinitus evocatus concessi, fuisset expectandum: nisi de satis idoneo & ad rem præsentem apto dicendi Argumento fuisset cogitandum: nisi, excogitato eo & invento, fuisset diu meditandum: nisi latiori stylo post sufficientem meditationem Thema propositum fuisset tractandum: nisi denique, justō ordine ac debitō tractandi modō observatō, in id, ut amplior fieret Oratio, mihi fuisset elaborandum.

Concinnati
Corporis
ejusd. publi-
catio.

Atque id omne quoniam à me tenus hac factum, nataque hinc mihi prolixa, quæ *DOCTRINÆ & DISCIPLINÆ SCHOLASTICÆ* publicationi de *Cœnobii* nostri ac *Gymnasii ortu & progressu* præmitteretur, Oratio: cum primis quoniam heri Diem, *Diem XV. Decembris*, quō ante quinque abhinc elapsa lustra, post inauguralem de *DISCIPULO ICARO SCHOLASTICO*, à me ipso habitum, Sermonem, resignatos à Venerando Sene Scholæ fasces capiebam, vivendo per DEI gratiam superavi: ad meum, me, quod restat, pensum revoco, atque in Eruditorum Panegyri, quod dudum publicandum erat, quodque & pridem ab Amplissimis Dominis Scholarchis Nobis vitæ, morum ac studiorum Magistris in manus traditum, publico. Publico in Nomine ejus, qui seipsum in Apocalypsi Johannæa A & Ω, initium & finem, vocat, h. e. IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, quæ Sacratissimi Imperatoris, D. Justiniani, in Institutionum, Juris limine Formula est, Autoritate ac Decreto Amplissimi Ordinis revisam recognitamque Augusti Gymnasii Gorlicensis *DOCTRINAM & DISCIPLINAM: DISCIPLINÆ & DOCTRINÆ SCHOLASTICÆ CORPUS ABSOLUTISSIMUM* publico, Discipulis id ipsum in hoc, DEO, Musis & Gratiis sacro, Tameo publico: publico docentibus. Docentibus, Splendidissimâ Patrum Conscriptorum Coronâ assidente, assidente Venerabili

bili
Cor
qua
cian
pa
utra
omnlim,
Ado
Aris
mag
estis
omn
ac li
tant
Alex
rum
post
fias,
Agel
Adol
fuger
re!
fit, q
cont
verfe
Dici
omn
illō;
incon
tis:
MEI
pieta
præf
ad d
vitiis
more
indui
viter
quis
tion
AM
præf
cund
bis, in
vestri
succr
DEU
tent,
Nobi

469
bili cæterorum Eruditorum Coronâ, Doctrinæ hoc ac Disciplinæ
Corpus publico: ut utraqve hæc illis Helice sit ac Cynosura: ad
quam in docendo, in dicendo, in canendo, inqve & agendo respi-
ciant. Idem hoc Corpus, Corpus revisæ ac recognitæ Doctrinæ
pariterqve & Disciplinæ absolutissimum, publico discipulis: ut
utraqve norma sit ipsis ac regula: ad quam omnia sua Studia,
omnem suam vitam, moresqve & suos omnes, componant.

Sed, quum Ego ipse discipulis maximè publicatum id ve-
lim, quod solemniter publicavi, mea jamjam decurrens Vos,
Adolescentes, primùm compellat Oratio. Ecce enim Vos instar
Aristophanæi Stepfiadis, Jovem pluentem *διὰ κοσκίνων ἔρπειν*, per
magnum aliquod cribrum mejere, existimantis, non amplius
estis: Pietatem, quâ, vel secundum Ethnicum, nulla vis major,
omni socordiâ & segnitie abjectâ, devotè non colitis: in doctrinæ
ac literarum Studia, ut Demosthenes, non incumbitis: Lectiones
tantâ curâ, quantâ Euclides, non visitis: Præceptores more
Alexandri magni non facitis: præteritis & Antecessorum vestro-
rum, qui, numerò innumerò è Ludo hoc literario prodeuntes,
post finita Studiorum curricula Principum Aulas, Curias, Eccle-
sias, Scholas, Familias ornarunt, moribus, ad Favorini apud
Agellium mandatum, non vivitis. Obsecro Vos: dicite mihi,
Adolescentes, dicite: an turpius quid sit, quàm Scholasticum Sacra
fugere, negligere, aut præsentem in templo nugis eadem elude-
re! Dicite: an præsentius quid nominis & famæ naufragium
sit, quàm altò superciliò, præ inani quâdam *δοκησισοφία*, Studia
contemnere aut negligenter tractare! Dicite: an magis quid ad-
versetur Naturæ, quàm Præceptoribus resistere & tergiversari!
Dicite: an levius quid sit, quàm omni impetu in turpissimos
omnis generis mores ferri! Me - Christe! vix turpius quicquam
illò; vix periculosius quicquam istò; vix naturæ quicquam eò
inconvenientius; vix quicquam levius hòc esse, ipsimet judicabi-
tis: nisi vestrum in calcaneo geratis cerebrum. Agite ergò, Ò
MEI, ac, nisi planè desipueritis, à protervitate & contumacia ad
pietatem, à Lectionum contemptu & neglectu ad frequentem
præsentiam ac diligentiam, à temerario Præceptorum vilipendio
ad debitum his honorem & amorem, ad debitum obsequium, à
vitiis ad virtutem redite! Scurriles istos, istos & efferos mores,
mores Cyclopicos, exuite: mores personâ & ætate vestrà dignos
induite! Perfici Vos noviter recognitâ Doctrinâ in Studiis; no-
viter revisâ Disciplinâ corrigi Vos in vita ac moribus finite æ-
quis animis. Præceptoribus obsequi non vultis? at rectæ ra-
tioni obsequimini. Huic obsecundare non potestis? at DEO, at
AMPLISSIMO ORDINI obsecundate: quorum autoritas, nisi
præsentissimâ pœnâ, haut contemni aliàs solet. Certè, si obse-
cundaveritis, eaqve feceritis, quæ volumus, & expectamus à Vo-
bis, in Viros DEO gratos, Ecclesiæ ac Reipublicæ aptos, Familiis
vestris dignos, vobismet ipsis utiles, Bonis omnibus laudabiles
succrescetis, adolescetis, evadetis. Erit & insuper aliquid: de quo
DEUS & Angeli gaudeant, lætetur Magistratus, Parentes exul-
tent, Nos Præceptores & nobis & vobis gratulemur, gratulentur
Nobis utrisqve omnes Boni.

Vos deinde, Vos Clarissimos Doctissimosqve Viros, Collegas Con-
jun-

816

Studiosæ Ju-
ventutis
compellatio.

Studiosæ Ju-
ventutis
compellatio.

Clarissimi
Collegii
Scholast.
compellatio.

817

junctissimos, compello. Desudastis tenus hac mecum in pistrino hoc Scholastico indefessi: pleriqve multum collecti pulveris mecum devorastis! Pergite pro viribus, quilibet in ordine ac statione sua, in Stadio alacriter currere: donec optatò cursu id decurratis! Pergite, in isto, mecum vigiliis vestris ac lucubrationibus Studia Juventutis, exemplò *Pici Mirandulae*, unde *Phaenicis* cognomentum adeptus, fovere! Pergite eloquentiã vestrã ea mecum, ut *Virginii*, alere! Pergite Præceptis sapientiæ eadem, ut *Musonii*, mecum promovere, haut res privatas potius aut alienas, quàm publicum Scholæ commodum cogitaturi, neque & nihili vel minus horulam neglexisse ducturi, quàm ad quod DEUS subirascatur! Cæterum bono præite fidei vestræ concreditis exemplò! Exemplò pietatis, exemplò integritatis, exemplò sobrietatis, sinceritatis ac candoris exemplò, mutuae exemplò concordia, præite! Versamur in Vocatione sancta: neque hominibus fortè, sed DEO potius, servimus, eundemq; certissimum habemus operarum nostrarum Epoptam. Faciamus igitur officium nostrum ubiqve fideliter: qui novimus omnes, *maledictum esse: quisquis officium suum faciat negligenter: quisquis id faciat fraudulentè. Majus peccatum est, nonnemo quondam dixit, negligere puerum, quàm virginem corrumpere.* Tanti utiqve refert, rectè informari adolescentem: ut, qui parum fideliter ei præfuerit, maximi sceleris reus esse putetur.

Patrum Reipubl. Gori. Conscript. Civiumqve compellatio.

Et Vos seorsim, *P. CONSCRIPTI*, indictos in hoc calce præterire nequeo. Nequeo præterire Vos, *CIVES OPTIMI*, indictos. Proin agite *PATRES*, & pergite, quantum potestis, providã vestrã curã ac sollicitudine Rem hanc Scholasticam provehere, & ad posteros propagare! Pergite Salaria sua Magistris ita maturè, ita promptè, ita largiter, ut per multos fecistis annos, porrigere! Pergite reparare amplissimum Musarum hoc Domicilium! Pretiosissimum Scholæ vestræ Thesaurum in DEI gloriam, Ecclesiæ salutem, Reipublicæ emolumentum, fidelissimè custodire mementote, noviter revisam & recognitam Doctrinam ac Disciplinam sartam tectam servaturi. Et quidni sartata tecta à Vobis, à Vobis, *PATRONI* ac *NUTRICII* Musarum *Niss. liberalissimi*, Gymnasii nostri incluti cum DOCTRINA, tum DISCIPLINA, utraqve quidem denuò autoritate ac decretò vestrò revisa & recognita, servaretur? Dudum enim & illam & istam eruditioris pulveris Magistri calculò suò approbarunt. Approbavit utramque quidem non ita pridem Magnus quidam Amicus, Literis *Wratislaviã* Calendis Octobr. Anni currentis ad me datis, sic scribens: *Accepi denuò abs Te auro contra carum munus, Opus illud absolutissimum Doctrinæ pariter ac Disciplinæ, in Clarissima vestra Reipubl. ejusq; Gemma, Augusto Gymnasio, vigentium. Deprehendo in totius Operis illius contextu: quàm recta sit & tua, & eorum, qui tecum in tam sancto negotio conspirant, & quàm salutaris intentio. Nempe Pietatem Eruditioni jungitis: & prudenti operarum distributione atque divini cultus commendatione, in hac temporum sentina illud effectum dare laboratis: ut studiis mores convenienter eant. Euge quàm bene! Utinam ubiqve locorum duabus illis curis se impenderent: qui in illis mentium bonarum Officinis docendo vitam transigunt! Fortassis aliqua messis piorum adhuc esset speranda. &c.* Dum verò ita Vir optimus de

de
utra
litat
tibu
M
mu
mur
nato
nori
Vob
omn
nitas

mea
Patr
mna
REC
eun
inde
habe
in n
pro
nostr
verã
tion
ferre
omn
REN

I
Rre
I
qvi
irrep
leger
1. lin
leges
4. lin
Lit.
pra
indu
toru
aper
adju
lifari
Col.
num
paul
enim
debe
pleno
ing

de Doctrina nostra ac Disciplina instauratâ scribit, optimè de
utraque sentiens, mementote & Vos, *Liberalissimi Cives*, libera-
litate vestram docentibus probare! Probare discen-
tibus præprimis advenis, eandem aut liberalibus Hospitiis, aut
Menfis liberalibus, probare ne recusatè! Habebitis profectò sum-
mum DEUM largissimum unius etiam porrecti haustus aquæ re-
muneratore: certissimos & Nos beneficentiæ vestræ ebucci-
natores habebitis. Ne dicam: quòd nova hinc splendoris ac ho-
noris lux, nova laudis ac gloriæ spes Vobis utrisque, & Patribus
Vobis Conscriptis, & Vobis Civibus, exorietur: quòdque item
omnium Seculorum memoria, quam posteritas alat, ipsa æter-
nitas intueatur, Vobis vigebit, florebit, perennabit.

Quid tandem? Tandem, ut extremum quid habeat Oratio
mea, humillimus Ego equidem servus DEO meo, æterno DEO,
Patri, Filio ac Spiritui Sancto, summo ac præpotentissimo Gy-
mnasiarchæ, immortales pro concessâ in vicesimum hunc usque
RECTORATUS mei GORLIC. Annum vitâ, pro concessis in-
eundem usque annum cum corporis tum animi viribus, pro illa
indefinenter mihi præstita gratia, gratias ago. Ago insuper,
habeoque immortales cum pro aliis omnibus, iisque maximis,
in nos Collegas omnes tenus hac collatis, beneficiis, tum verò
pro illa cumprimis benignissima Ecclesiæ, Scholæ, Reique publ.
nostræ conservatione ac tutela, immortalis DEO gratias: dum re-
verà finem dicendi hec facio, atque lubens solemnem Ora-
tionem, in qua paulò latius, quàm tenerrimæ Vestræ, A. V. aures
ferre poterant, in spatiosissimum dicendi campum præter spem
omnem & expectationem excurri, perpetuò isthoc ac piò LAU-
RENTII LUDOVICI, sanctæ recordationis Viri, Votò claudio:

Hæc tua sit Schola, Christe: Tuam tuare Sæptam:

Ut celebret nomen voce fideque tuum!

D I X I

L. S.

Irreperunt menda quædã. Quædã Typographica cum παραρρησεις
quibusdam è Typothetæ incuria præter expectationem omnem
irreperunt menda. Utraque pro æquanimitate Tua, L. B. si inter
legendum occurrant Tibi, emendabis. Leges nimirum *Lit. A. Col.*
1. lin. penult. nostra pro nostri. *Col. 2. lin. 17. pro Coenobii hujus*
leges Coenobii nostri. *Col. 3. lin. 17. pro eadem leges easdem.* *Col.*
4. lin. pen. adde legendo, ac lege: legendo passim deprehendetis.
Lit. B. Col. 1. lin. 25. lege HÆRESES. *Lit. C. Col. 1. lin. 33. lege, su-*
pra duodecimum Seculum. *Lit. D. Col. 1. lin. antepenult. lege*
industriæ. *Col. 2. lin. 26. pro ducentorum Imperialium lege ducen-*
torum Thalerorum. *Lin. 27. lege: quum altero post novæ Scholæ*
apertionem Annò. *Col. 3. lin. 18. lege: eorumdemque subsidiis*
adjuti. *lin. 42. lege Prudentissimis.* *lin. 50. lege 1514.* *lin. 51. lege Be-*
lifarii illud, &c. &c. Cæterum noli, L. B. turbari: quòd *Lit. B.*
Col. 4. lin. 3. Franciscanorum introitus in Germ. incidere in An-
num Christi 1239. legatur, *Lit. verò C. Col. 1. lin. 33. accidisse ille*
paulò citius, Annò nimirum Christi 1234, videatur. Quum
enim prius illud, quòd retuli, Hospiniano, posterius hoc nostris
debeam Annalibus, facile conciliari utrumque poterit: si illud de
pleno Franciscanorum in Germ. ingressu, hoc de primis saltim ejusdem
ingressus initiis intelligatur. Ille certè paulò serior, hæc paulò
maturiora fuisse videntur. Vale & fave!

H

QVE

CONCLU-
SIO.

328

319
QVÆ RES ET PUBL. ET SCHOLAST. REI,
REI IN UNIVERSUM LITERARIÆ,
BENE EVENIAT!

AUGUSTISSIMO CHRISTIANORUM IMP.

LEOPOLDO M.

VICTORE HOSTIUM INVICTISSIMO,
MUNIFICENTISSIMI DOTATORIS NOSTRI,

D. MAXIMILIANI II. IMP.

FELICISSIMO E LINEA COLLATERALI PRONEPOTE,
GLORIOSE TURCAS PER UTRAMQVE HUNGAR. TRIUMFANTE,
ANTI-CHRISTIANISS. MUSELMANNORUM MONARCHA,

MAHOMETE IV.

ANXIE JAM PACEM PRÆTER MOREM SOLICITANTE,
POTENTISSIMO ELECTORE SAXONIÆ,

JOHANNE GEORGIO III.

FORTITER NOS SUB UMBRA SUA RUTACEA TUTANTE,
SERENISSIMO ELECTORATUS SAXON. HÆREDE,

JOHANNE GEORGIO IV.

SAPIENTER PER AVITA PATERNAQ. EXEMP. GRASSANTE,
VIRO NOBILISSIMO,

JOHANNE KISLINGO,

GORLICHII LUSATORUM FASCES CONSULARES HODIE GESTANTE,
DUUMVIRIS AMPLISS.

ELIA RICHTERO, JC. Ex-Cons.

JOH. HENRICO HELDIO, J. U. L. Scab.

LAUDABILITER REM SCHOLAST. CURANTIBUS,
VIRO MAX. REVERENDO,

MICHAELE FETTERO, Theologo,

OPTUME REV. MINISTERII PRIMARIATUM ADMINISTRANTE,

ACTUM SOLEMNEM,

QVO IPSO,

DUDUM AUTORITATE ATQVE DECRETO AMPLISS. ORD. REVISA AC RECOGNITA,
DOCTRINA & DISCIPLINA SCHOLAST.

IN SUPERIORI AUGUSTI GYMNASII ACROATERIO,
ANNO *cl^o l^oc* LXXXVI. D. XVI. DECEMBR.

HORIS POMERIDIANIS,

NOMINE TANDEM PUBLICO PUBLICABITUR,

INDICIT,

ET PATRES CONSCRIPTOS CUM CÆTERIS, CUIJUSCUNQVE SINT CAUSÆ,
LITERATIS VIRIS

OBSERVANTER, OFFICIOSE, HUMANITER INVITAT

CHRISTIANUS FUNCCIUS, Fr.

RECTOR,

DE

ORTU ET PROGRESSU COENOBII GYMNASIIQVE GORL.
IN ANTECESSUM DICTURUS.

VALETE, QUI LEGITIS! SALVETE, QUI VENTURI ESTIS!

G
Expri
Expri
Nobil
Gym
Sic: u

P
Doct
Qva

471
Gymnafii quænam fuerint *primordia* nostri;
Idem quibusque creverit *progressibus*;
Eruis è Veterum, FUNCCI Celeberrime, scriptis:
Et penicillo Orationis exprimis.

Exprimis Augustum DOTATOREM illius: unde
Et nomen Augusti meretur Gymnasi:

Exprimis ejusdem *Rectores* ordine pulcro.

A Comitibus Baronibusque quot fiet
Nobilibusque frequentatum, sciteque diserteque
Exponis: &, referre quæ longum nimis.

Gymnasium innumeris crescat successibus, opto:

Et nominis cum eo Tui crescat decus,


Sic: ut idem nati celebrent serique nepotes:

Ætas nec ulla oblivione conterat.

Præcellentissimo DNO FUNCCIO,
Collegæ Compatrique Honoratissimo,
debitæ gratulationis ergo
scrib. ἀποσχεδίασι

M. ABR. VECHNERUS,

Aug. Gymn. Gorl. Pro-Rect.



Perpetuas, FUNCCI Præcellentissime, grates
Debebunt fidei nostra Lycæa Tuæ:

Doctrinæ ac Vitæ quòd tot præscribere leges,

Tamque salutare, non fuerit senio.

Quas si discendum servaverit, atque docentium

Concio: Musarum heic usque vigebit honos.

Viro,
ut de universo Orbe erudito,
ita de Augusto cum primis GORLICENSIVM Gymnasio,
præclare merito,
& indiès præclaris merenti,
Revisæ ac recognitæ Gymnast.
DOCTRINÆ nec non DISCIPLINÆ
Auctori,
debitum grati animi studium
declaraturus
deprop.

MARTINUS RICHTERUS,

Con-Rect.

Faceffe,

825
F Aceffe furvi triste *Francisci* genus,
Nostri molesti Coenobi quondam incolæ!
Faceffe! Non sunt amplius vel Murciae
Hæc antra sacra, vel Vacunæ fordida,

Amœna Divæ sunt vireta Pallados:
Fœcunda cœli hi sunt lares plantaria,
Virtutis ac exulta seminaria.

Qvid? Promptuariæ artium sunt cellulae,
Felicitationis & scatebra publicæ,

Cuniculosæ largiens cimelia
Gazis perenniora Celtiberiæ.

At Tute grates promerere maximas,
O fulgidum Scholastici Ordinis Caput:

Quod auspicata Gymnasi cunabula,

Florentis ad Nissum, quod ejus *augmina*,

Et *fata*, quæis exercitum crebro fuit,

Antiquitatis è tenebris eruas.

Augusta huic lœva TE servet diu

Schola: superstes atque secla Nestoris

Vincas: Rei & bene erit diu Scholasticæ!

*Hoc summe in Dn. Compatrem ac Collegam
oppido devenerandum pietatis ac obse-
qvii monumentum extare voluit.*

CHRISTIANUS HAUFFIUS:



